

4° Jus  
530<sup>a</sup> (22)

Bn - A 2335

AD BIBL.  
UNIVERS.  
MONAC.

A S V I E N T E D E O  
DISPUTATIONE JURIDICA  
**INDICIT'S**

Cui annexitur  
**QUÆSTIO DE PROBA PER AQUAM  
FRIGIDAM SAGARUM**  
Von der Wasser Broh der Herren.

Suffragio Magnifici JCtorum Ordinis  
IN ILLUSTRI PROPTER SALAM ACADEMIA  
SUB PRESIDIO

**DN. GEORGIE ADAMI Grub**

Hæreditarii in Ubi / JCt, & Assessoris celeberrimi,  
Facultatis Juridicae Senioris & h. tempore Decani spectatissimi,  
Curie Provincialis & Scabinatus Assessoris gravissimi, Do-  
minini Patroni atq; Promotoris sui omni obser-  
vantiae cultu venerandi  
publicè proposita

**JOHANNE CHRISTOPHORO  
NEHRINGIO, Pfullendorf. Thuring.**

Notar. Publ. Cæsar.  
In Auditorio JCtorum,

10. Aprilis  
Horis consuetis.

TYPIS JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI.  
ANNO M DC LXVI.



SERENISSIMO AC CELSISSIMO  
PRINCIPI ATQUE DOMINO  
DOMINO  
**ERNESTO**  
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ CLI-  
VIÆ AC MONTIUM, COMITI PRO-  
VINCIALITHURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ,  
PRINCIPI COMITATUS HENNEBERGICI,  
COMITI MARCÆ ET RAVENSBUR-  
GI, DYNASTÆ RAVEN-  
STEINII.

Principi ac Domino meo cle-  
mentissimo

*Hanc Disputationem*

Submissa mente

D. D.


V. Serenitatis

*Subjectissimus Cliens.*

Joh. Christophorus Neh-  
ringius Pfollend. Thuring.  
AUTOR.



IN NOMINE DOMINI  
JESU CHRISTI.



Præliminaria.



d conservationem Républicæ bene-  
confit: tæ Politici inter alia etiam requirunt, ut  
Justitia ab Imperantibus & Magistratibus con-  
tra delinquentes rectè exerceatur, & Divus Au-  
gustinus lib. 4. de Civit. Dei. c. 4. dicit, quod Re-  
gnum remotâ illâ Justitiâ nihil aliud sit quam  
Latrocinium Dn. Carpzov. de Leg. Reg. cap. 9. n. 4.  
ac sanè meritò; Nisi enim parata erronibus  
flagra, blasphemis forcipes, perjuris equulei, beneficis ignes, ho-  
mocidis gladii, furibus patibula, seditionis carcer essent, plures in Ci-  
vitate fures & improbi, quam in Sylvis Bestiæ forent. Anton. de  
Guevara in Horsag. Princip. lib. 3. c. 1. n. 146. Quod & Jus civile  
requirit. Nam hoc vult Julianus in L. 51. s. 2. ad L. Agull. & Pau-  
lus in t. 4. §. 2. ff. *denozal. action.* ne maneant delicta impunita, cùm  
hoc Républicæ intersit, l. 13. in pr. ff. de Offic. Praefid. & quando faci-  
norosi dimittuntur impuniti, contaminantur Lætitiae & gaudia ho-  
minum. l. 3. C. de epistop. audient. Imò Sacra Scriptura Magistratum  
hoc docet. Gen. 9. v. 6. Exod. 22. Rom. 13. Et Deus ipsem ad  
Vindictam exsurgit, si Magistratus in poenis irrogandis negligens  
est, & sèpe ob unius delictum in universum irascitur populum, ut ex  
multis locis S. Scripturæ deducit Carpzov. in *prax. Crim.* p. 3. quæst.  
101. n. 8. & 15. Homines autem ita sunt comparati, ut suā sponte  
fermè nullum scelus confiteantur. Joan. Avenarius in *Nom. Polit.*  
*questionum Sesquicent.* quæst. 98. p. 179. in fin. & licet unum vel al-  
terum spontè confiteantur Scelus, illa confessio tamen ita est com-  
parata, ut isti fides non adhibenda & per testes five alia facta & Su-  
spicione contrariū probatum; Ideò multi inventi sunt modi, negan-  
tem

fem ad confessionem perducere; & in delictis gravibus & corporis poenam affligentibus a Majoribus introducta sunt Tortmenta, ut per illa veritas exquiratur. Cic. in part. orat. Paul. lib. 5. tit. 14. & 16. Magnif. Dn. D. Richt. Patronus atque Promotor meus semper colendus, part. 6. Cons. 31. p. 7. quem morem Atheniensis & Rhodii sequuti sunt. Wefenb. in Paratis ad Tit. de Quest. n. 2. & per multis annos pro more antiquissimo omnium fere bene institutorum Populorum, immo non immerito pro Jure & Lege quodam gentium habetur. Wefenb. d. l. n. 3. 4. Verum sciendum, quod Tortmenta non statim ab initio Inquisitionis adhibenda sint, sed cautè procedendum ad Tortmenta seu torturam Joann. Qualterius Chron. Chronicor. polit. lib. 7. in Chronolog. anno 1459. Recess. Wormat. 1521. 3. Und nachdem 16. Melchior Goldast von confessat. der Hexen Gacher s. 4. lit. K. p. 105. & 108. & quidem eam ob causam, quia tortura est res dura, corporibusque hominum admodum obnoxia, & quandoque lethalis. Zang. de quest. & tort. c. 1. n. 1. & Carpzov. part. 3. quest. 117. n. 3. Brunneman. in Procesu crim. Cap. 8. Sect. 5. n. 4. & quia tortura non semper fides habenda; Etenim res est fragilis & periculosa, & quæ veritatem fallit. Nam plerique patientiam seu duritiam tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit. Vid. Exemplum apud Goehaus. in Proces. crim. contra Sagas Tit. 2. p. 67. 68. Alii tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint; ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, sed etiam alios comminentur, sunt verba JCTi in L. I. S. 23 ff. de question. & sàpè hoc modo innocentibus torqueantur August. de Civ. Dei. lib. 19. c. 6. Althus. in Diceolog. J.C. lib. 3. c. 39. n. 10. p. 722. fac. 2 Exempla etiam multa prostant, quod illi, propter delicta confessâ suppicio affecti fuerint, que nunquam commiserunt. Referam saltim unum atque alterum Exemplum: In Archi Episcopatu Bremensi castello Tegenhausen vidua adhuc juvenula cohabitabat filio suo, in matrimonio jam viventi. Elac cum aliquoties cum filii sui Servo domestico consverceret, filiusque eam instanter, sed frustra admoneret, ut ab isto scelero desisteret: Redit aliquando filius ex templo domum, eam cum servis vidisset, ex cubiculo, ubi cum matre saerat, ausfugit; In Eugenum dominum persequitur, & flagello pileum servi de capite illius dejicit, atferius clapsus, & in Millariibus à pago isto distantiis.

bus alteri domino famulatur; Cum autem parentes servi filium quererentur, & Dominum propterea alloquerentur, hic rem gestam ordine cum omnibus circumstanti narravit, addendo, pileum ipsius quidem adesse, ubi vero iam locorum filius vivat, se ignorare. Hoc reponso pater non contentus, eum propter suspicionem amissi pilei, apud Judicem homicidii accusat. Judex illico absque ulteriori inquisitione statim Dominum innocentem torturam subiecit, ubi præ nimio dolore & cruciatu fatetur, se servum interfecisse, & cadaver in Visurgim prater fluentem conjectisse; quam ob causam ad locum supplicii ductus & sub manib[us] Carnificis mortuus est, tandem Servus & parentis deprehensi, penas vicissim meritas dederunt. Quam & aliam historiam de Marito, uxore & liberis refert M. Samuel Meigerus de Parvuria Lamiar. lib. 2. c. 12.

Porro, In Civitate N. superiori Germaniae, cum duo Adolescentes, Opifices, peregrine proficiscerentur, redit unus brevi domum cum alterius vestitu, invicem permutato, Parentes & Amici absentis statim ex mutatione vestium, & redeunte imperfectum colligentes, illum apud ejus loci Judicem homicidii accusant. Hic statim accusatum absque ulteriori inquisitione in custodiam conjicit. Et cum factum accusatus constanter negaret, tortura subicitur, ubi præ nimio cruciatus se, socium interfecisse, vestimenta ejus abstulisse, snaque in hospitio consummisse constitetur; quare tandem Rotæ imponitur. Praterius aliquot diebus socii Itineris salvo & in columnis advenit. In bujus perpetnam rei memoriam & iniquissima condemnationis signum, Ibidem in Templo effigies hominis rotæ impositi saxonica est, que in hodiernum nique diem conspicitur, vid. Johann. Georg. Gödelm. in Tract. de Magi lib. 3. c. 10. n. 7. 8. & Goehaus. in Decis. Quest. crim. quest. 10. p. 193. 194. 195. & simile Exemplum refert Valer. Max. I. 3. c. 4. de question. addatur & Scheplitz in Prompt. Jur. Civ. & feud. tit. 14. S. 4. n. 3. p. 698.. Sed sat de Exemplis, qui plura desiderat vide it d. Autor. Goedelm. dict. & alii locis. Eauterbecken in seinem Regentenbuch & Büttnerum in Epit. Histor. fol. 256. b. Ideo observandum, quod sine Indicis legitimis, fide dignis suspicionibus & damnationibus Judex neque ad capturam procedere possit. Angel. Aretin. in Tract. Maleficiar. in Verbo: Fama Publica, neque ad Torturam prius procedendum, antequam probationes ad sint clarissimæ luceque meridiana clariores l. 25. C. de Probar. c. 43. sciant:

sciant cuncti 2. quest. 8. concordat Constit. crim. art. 20. *h[ab]e[re] verbis*:  
Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Missethat / dann  
nach man fragen wolt / vorhanden und beweist würde /  
soll niemand gefragt werden. Imò Indicis gravatus Inquisitus  
esse debet, & uulpiianus loquitur, argumentis penè convictus l. 1. §. 1.  
l. 1. §. 1. l. 20. §. fin. ff. de quest. Et quidem requiruntur Indicia urgentia  
& apta ad plenè persuadendum animum Judicis, ita ut Judex quasi  
certus sit de delinquentे, & ut nil ipsi desit, quam rei confessio.  
Mynsing. 6. observ. 97. n. 4. & 5. Goedelmann. d. tract. lib. 3. Cap. 10.  
n. 12. Et torto non precedentibus legitimis Indiciis, licet  
delictum confessus sit, nihil præjudicat etiam si in ea confessione  
deinceps perseveraret & millies judicialiter, ratificaret, l. pen. &  
ibi Bartol. ff. de quest. Jacob Schultes in Loc. com. vot. **condemnatio.**  
n. 3. p. 238. Roll. à Valle Cons. 31. n. 8. & 11. Mynsing. observ. cont.  
5. observ. 23. Gometz. tom. 3. var. Resolut. cap. 13. n. 25. ubi hanc sen-  
tentiam communem dicit, nec ab illa recedendum esse in judicando  
& consulendo. Zang. d. tr. c. 2. n. 5. Damhoud. in præst. rer. crim. cap  
34. n. 28. vel deinceps nova supervenient Indicia. Moller. libr. 2. se-  
meſtr. c. 25. n. 2. ideo Damhoud. d. l. n. 29. afferit, esse de substantia  
questiōnis, ut Legitima præcedant indicia. Cum quibus concor-  
dat d. art. 20. in verb. und ob auch gleichwohl aus der Wärter die Mis-  
sethat befandt würde so sol doch der nicht geglaubet / noch jemand da-  
rauf verurtheilet werden / wo nicht zuvor redliche Anzeigung vorhan-  
den. addatur Scheplitz in d. prompt. Jur. Civ. & Feud. t. 44. §. 1. n.  
2. p. 691. & 692. tam in criminibus exceptis quam non exceptis. Fa-  
rin. de. Indic. & Tortur. quest. 37. n. 79. 80. 81. & 82. Mascard. de prob.  
vol. 3. concl. 1385. n. 4. Goehausen in d. Proces. t. 2. in explicat. Lit. E.

Antequam Indicia ipsa aggrediamur, lubet Vocabulum Indicis  
explanare. Derivatur autem hoc Vocabulum à voce *Index*: unde  
& dicitur Index, qui aliquid indicat, & accusat, & Indicis dicuntur,  
à quibus crimina nunciantur & ad Magistratus deferuntur, l. 1. §. 3.  
§. 4. vers. item qui ff. d. Sicar. & l. 6. §. nunciatores ad Scđum tur-  
piss. Vocabulum Indicis autem variis modis accipitur (1.) accipitur  
pro ipso delationis actu, l. 2. §. 24. vers. initium ff. de Orig. Jur. leg. 1. ff.  
ad L. Cornel. de Sicar. l. 48. §. 1. ff. de furt. (2) pro præmio indicis; Ita ut-  
titur hoc vocabulo Ulpianus in l. 4. §. 4. ff. de condit. ob turpem cau-  
sam: Si tibi, inquit: Indicium dedero, ut fugitivum meum indices, vel

furem verum in earam, non poterit repeti quod datum est. Et paulo post:  
Sed si ipse fur Indicium à me acceptit &c.

Sed in præsenti hoc vocabulum sumimus pro ipso ar-  
gumento, quô aliquid ostenditur, l. 1. C. de testibus l. 19. C. de R.  
V. l. 30. de Eviction. & l. 10. C. arbitr. tate. ita, ut idem significet, ac  
redliches Wahrzeichen; art. 18. & 22. Constit. crim. Signum  
quod à Latinis Indicium appellatur. Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2.  
sent. 3. cas. 270. n. 7. & l. 1. præf. quest. n. 32. **Vestigium & Nota.**  
Menoch. d. l. n. 33. usq. 40. Suspicio Arwohn. Lult de question. (quam  
non differre ab Indicio dicit Corneus Cons. 101. n. 18. lib. 2. Menoch.  
de præf. lib. 1. q. 7. n. 18.) præsumptiones Vermischungen / Bewei-  
sungen. l. 25. C. de probat. constit. crim. art. 20. **Conjectura.**  
Bald. in l. non hoc C. unde legitimi, & in rubr. C. de probat. n. 4. Idem in  
l. 2. pr. ff. de excusation, tur. qui dicit Conjecturam & Indicium esse  
Synonyma. Et licet hæc vocabula in quibusdam alijs inter se dif-  
ferant, tamen in materia torturæ convenient art. 19. in Verb. Wo  
wir nachmals &c. vid. Carpzov. in præx. Crim. part. 3. quest. 120. n. 7.  
Vid. m. de aliquibus his Significatiis Magnif. Dn. D. Tabor. in Di-  
spur. de Indicis ad art. 19. §. 1. 3. 4. Ex quibus facile describi potest  
Indicium. Describimus verò fermè cum d. Dno. Tabor. d. l. n. 5. il-  
lud hinc in modum: Indicium est argumentum idoneum  
faciens ad fidem, per quod aliquid factum esse eom-  
probatur.

Dividuntur autem à Doctoribus Indicia variis modis (1.) in  
communia, quæ subdividuntur in remota vel propinquæ & certa, &  
propria. vid. Dn. Carpzov. p. 3. quest. 120. 123. & seqq. & Ma-  
gnif. Dn. Præf. in Syntagmate J. Civ. Exerc. 49. th. 10. aliisque. (2)  
in Indicia quæ pertinent ad Torturam & quæ ad Capturam. de  
hac divis. vid. supra pag. præc. & aliquòmodò Magnif. Dn. D. Rich-  
ter p. 2. decif. 91. n. 12. & 13. Sed in præsenti brevitatis causa Indicia di-  
vidimus tantum in illa (1) quæ omnibus delictis communia, & (2) in  
illa quæ quibusdam delictis simul communia, & (3) quæ cuiusdam  
delicti propria sunt. Indicabimus autem in pertractione cuiusli-  
bet

ibet indicii an illud & quomodo sit remotum, propinquum, sive certum, an ad torturam sive etiam capturam sufficiat.

De omnibus autem Indiciis & in specie, quæ ad torturam pertinent, sciendum quod regularitur ad minimum duo testes requirantur, si aliquid probare debent Zang. d. tract. c. 2. n. 10. Dico regulariter; Sunt & casus, in quibus unus testis sufficit, de his vid. Dni. Carpzov. p. 3. quest. 123. n. 43. usq. 60.

Absolutis nunc Præliminaribus transgredimur ad ipsam tractationem Indiciorum, & ponimus

## CAPUT PRIMUM De Indiciis, quæ in omnibus delictis, communia sunt.

### I. DE FAMA.

Fama vocabulum æquivocum est, & sæpe in bonam sæpeque etiam in malam partem accipitur Schinob. Disp. Pand. 3. th 8. Unde etiam Vocabulum famosus æquivocum est, sic Plin. lib. 9. Epist. 13. habet, famosissimus Exercitus & Tacitus s. Histor. in pr. Hierosolyma Urbs famosa, ubi vox hæc in partem bonam accipitur. Sed tamen hodiè frequentius vocabulō Fama in malam partem utimur. Nobil. Dn. D. Bechm. Patronus atque Præceptor meus colendus in Lection. publ. ad d. Disp. 5 th. Schnobelii. ita ut illa vox denotet idem als ein böser Mahne / beruff/ böß Gerisch oder Geschrey. Hinc queritur, an fama in malam partem accepta Indicium ad torturam faciat. Et Resp. affirmative, in primis si alia concurrunt adminicula. Ad accusandum enim crimen secundum art. 44. Const. crim. fama requiritur, in verbis: und dieselbige Person dessen sonst auch berüchtigt. Göhaus. in dd. questionibus quest. 11. p. 102. & Scabinatus & Facultates Juridicas, antequam ob defectum urgentium Indiciorum torturam decernerent, sæpe inter locutos suis testatur Dn. Carpzov. d. p. 3. quest. crim. 120. n. 19. Dass man sich zuvor mit Glets erfundige wes Lebens und Wandels Inquisit sey/wie Er sich ierzeit verhalten/ und ob Er der articulirten Verbrechung wegen rücktig

tig sey pher nicht. Ideo illaten famata Indicium licet non propinquum tamen remotum facere ad torturam necesse est, Magnif. Dn. D. Richter / part. 6. conf. 31. n. 4. Imò scribit Bartol. Conf. 91. famam vehementer sufficiens ad Torturam Indicium esse, etiam absque aliis adminiculis. Quem sequitur Brunus in Tract. de Indic. p. 1. Quest. 3. n. 32. & Menoch. de presumt. quest. 89. lib. 1. n. 34. dicit: famam solam in Criminibus quæ difficilis sunt probationis sine aliis adminiculis Indicium ad torturam facere, cum quo consentiunt Göhaus. in d. Process. Tit. 2. p. 194. Mars. Conf. 5. n. 22. cum similibus. Mascard. de prob. concl. 1392. n. 14. Roman. Conf. 76. sub. n. 5. vers. 3. Jacob Schultes in locis comm. voce Fama. n. 3. p. 465. Sed ut Fama mala contra Inquisitum probet, & Indicium ad torturam faciat, Dd. inter alia requirunt (1) ut testes deponant, se publicè i. e. publicā voce audivisse à pluribus & majori parte populi ejus loci, in quo spargitur fama. Phil. Dec. Conf. 37. n. 10. & ibi Carol. Molinetus. in verb. publicè. Roll. à Valle, Conf. 54. n. 17. Carpz. p. 3. quest. 120. n. 22. (2) ut personas indicent aliquot, à quibus acceperint famam. Jul. Clar. in pract. crim. quest. 6. n. 16. Carpzov. d. l. de eo etiamsi interrogati non sint, ut sc. expresò Autoris nomine sciri possit, an ortum à fide dignis & honestis fama habeat, quod omnino necessarium est. c. cum oporteat, X. de accusat. quodquæ requisitum propter Constitutionem crim. art. 25. manifestum esse debet. (3) ut causam indicent ortæ famæ, etiamsi non sint interrogati de ea, eaque ratio & causa debet per se concludere & ita probabilis & efficax esse, ut eā populus ad credendum Jure compelli potuerit. Angel. in Tr. de Malef. in verb. fama publ. & quando nullam causam probabilem indicare possunt, probari fama non potest Bartol. in L. de minore §. plurium. n. 21. ff. de quest. (4) ut tempus famæ describant, (hoc enim requisitum præcipuum famæ est,) & famam ante causam inchoatam & ante inquisitionem ceptam extitisse, in articulis proponant. Ernest. Cothm. Rep. 12. n. 167. Et teste super fama deponente non dicente tempus ortæ famæ, præsumitur orta post litem. Gilhaus. in arb. Jud. crim. cap. 6. p. 5. n. 127. (5.) ut fama non ab inimicis oriatur; Famam enim inimici non ita ut natura est ferunt. Plaut. in Pers. & Gothofr. à Baro in pract. & theoret. crim. §. inquisitio 1. n. 23. dicit, famam ex denunciatione & diffamatione inimici orientem & initium sumentem non procedere, quod & vult P. S. Q. art. 25. in verb.

verb. doch soll solchen Leumuth nicht von Gelüden oder leichtfertigen Leuten kommen. c. qualiter & quando. de accusat. Gödelm. d. Tract. l. 3. c. 3. n. 8. p. 16. Carpzov. d. quæst. 120. n. 25. qui alios textus & Authores allegat. (6.) ut reus sit homo infimæ fortis ac levius persona art. 25. Ob der verbachte eine solche verwegene oder leichtfertige Person vom hösem Ecumuth und Gerichte sey ic. Carpzov. d. l. n. 24. unde de talis indicio fermè in omnibus Indicis interrogari vid. infra. (7.) Ut non sit inchoata, post incarcerationem. Carpzov. d. l. n. 21. ideo etiam non valet illa fama, quæ orta est post incarcerationem vel accusationem à Complicibus. Coehausen in d. Proces. Tit. 2. in conclus. p. 104. & 105. (8.) ut talis diffamatio quæ ex mala fama oritur sit in eodem genere delicti, nec sufficeret de aliis diversis criminibus reum esse diffamatum. Schultz. in loc. comm. Verbo Tortura n. 1. ubi multos Authores allegat.

## II. DE FUGA.

Fuga est timidi & nocentis, quia impius fugit nemine persequente, dicitur Prov. 28. & fugientem accusat, & in suspicione sceleris adducit, adeoque & Indicium ad Torturam facit. Zang. d. tr. c. 2. n. 86. concordat etiam P. H. D. art. 25. §. ult. quod verum quidem est, sed non semper. Fugerunt enim Abraham, Lot, Prophetæ & Apostoli. Marth. 10. v. 23. &c. Igitur, ut sciamus, an fuga & quando Indicium ad Torturam faciat, necessarium esse judicavimus, sententias Doctorum inspicere. Distinguunt enim quidam (inter quos est Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 25.) inter fugam, quæ fit ante accusationem & inquisitionem, & eam quæ post accusationem & inquisitionem fit. Primo casti dicunt, quod Indicium ad torturam faciat, quoniam ob talem fugam de conscientia sceleris suspecta illa persona fugitiva efficiatur, (e. g. quando venefica pollicetur curationem afflito & postea re infecta aufugit. cap. 25. P. H. D. vers. zum sieben- den/ so iemand einer Misserhat halben flüchtig würde: Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 14.) præsertim si aliae circumstantiae concurrant. Jason in l. 31. n. 168. ff. de jur. iur. & Prosper Farinac. in prim. etim. lib. 5. quæst. 48. n. 1. & si homo fugitus sit homo nihili & improbabæ vita. Bart. in l. fin. n. 5. ff. de questionib. Altero casu respondent, quod nullum Indicium.

dicium ad torturam faciat, quia nemio teneatur, se periculo expone re & ex carcere suam innocentiam probare, & fatuus dicitur is, qui potius ex carcere causam dicere, quam extra custodiam innocentiam suam probare malit. Cothm. Vol. 1. Repons. 12. n. 190. & seqq. & ita Demosth. sua in Epist. 2. de suo reditu se excusat.

Alii aliter distinguunt: vidi Dn. Carpzov. p. 3. quæst. crim. 120. n. 62. & Gothaus. in d. Process. Tit. 2. in conclus. p. 106. & 107.

Sancitæ distinctiones, imprimis prior, non contemnda. Interim tamen fieri potest, quod per circumstantias etiam talis fuga excusari possit, quæ ante inquisitionem facta; Circumstantiae enim variant rem, & secundum eas Judicem oportet, l. 16. §. 1. ff. de penit. ubi septem numerantur circumstantiae, quod & confirmat Gail. 2. Observ. 109. qui sic asserit: nullum indicium ad torturam facit illa fuga, quæ etiam ante inquisitionem facta est, si modo subest justus timor, vel suspicio vehementis futura inquisitionis vel accusationis; quem sequitur Dn. Carpz. d. quæst. 120. n. 67. & 68. & Indicium causatum fuga purgari personali comparitione, dicit Corneus vol. 2. Conf. 58. n. 20. Quam ob causam putamus, cum Farin. quæst. crim. 50. n. 14 & per tot. aliisque Authoribus, arbitrio judicis esse committendum, quando & quale Indicium pro ratione circumstantiarum & personarum, ex fuga oriatur. arg. l. 3. §. 2. ff. de testibus.

## III. DE CONFESSIONE.

Confessionem regulariter sequitur necessaria condemnatio; Sed confessio hic diversimode accipitur: (1.) pro Confessione judiciali (2.) pro Confessione extrajudiciali & (3.) pro Confessione coram Sacerdote facta. Primo significat Confessio item variis modis accipitur & coincidit (1) cum illa, quæ quidem est spontanea, sed vero non est similis & (2) cum illa, quæ in tortura facta, postea vero in examine extra locum torturæ negata & (3) in tortura & post illam repetita, deinde vero negata. De priori acceptione queritur, An ille, qui aliquod delictum confessus est, & tamen illa confessio verosimilis non videtur, torqueri possit, & hoc modo illa confessio Indicium ad torturam faciat? Ad quam questionem decidendam videtur necessarium esse, ut Judex ante omnia inquirat,

Confessio  
judicialis  
Spontanea.

an hoc quod delinquens confessus est; verum sit, L. 3. §. 6. de remilit. l. 22. C. de fals. art. 54. ord. crim. consentit & Deut. 17. 4. & Deut. 19. 18. de corpore enim delicti constare debet, alias confessioni in illa causa in qua est necessarium, non fides habenda l. 1. §. 4. 17. & 27. ff. de question. delinquentem etiam de circumstantiis super articulos inquisitionales examinet & interroget. art. 48. quomodo factum sit? annon socios habuerit? cuius instinctu hoc fecerit? annon alia delicta perpetraverit? Et si de falsitate confessionis constat, & de novo delicto aliqua suspicio adest, reus de hoc potest interrogari. Menoch. cas. 523. n. 1. & seqq. Clar. quest. 64. §. fin. Althus. in Dicolog. l. 3. c. 40. n. ult. Dn. Carpzov. in Prud. Eccles. l. 3. tit. 4. def. 49. n. 9. & in pract. crim. p. 3. quest. 124. n. 57. & quando reus qui prius confessus est delictum, hoc negat, dubium non est, illum torqueri posse, licet in genere aliquod delicti perpertraisse confessus sit. l. 1. §. si quis ultra 27. ff. de quest. & Gödelmann. d. l. 3. cap. 7. n. 11. Unde ex dictis Quæstio illa oritur: an isti, qui confitetur quidem aliquem interficiisse, sed hoc ad corporis sui necessariam defensionem fecisse, creditur, an vero torquendus sit? Respondetur, quod torquendus sit, nisi necessariam defensionem per testes probare possit. Nam neque absolvi potest, quia constat illum cædem patrasse, neque capitaliter damnari, cum ignoretur, quomodo cædes sit facta. Wefenb. in Paratiti: ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 22. & nemo ad poenam condemnari potest, nisi purè confessus, aut probationibus luce meridiana, clarioribus convetus sit. l. sciant C. de probat. Gail. de pace publ. l. 1. c. 17. n. 3. Ideò ad eruendam veritatem torturam decernere posse, tradunt Zang, d. tr. c. 1. n. 83. in fin. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 868. n. 13. & hoc constitutum est in Constit. Elect. 8. p. 4. vid Dn. Carpzov. p. 3. quest. 122. n. 7. 8. 9. 10. & Dom. Valentini J. U. Doctorandus in Disput. inaugurali, de defensione necessaria. th. ult. Idem fermè judicandum, quando suspecta Infanticidii confitetur se peperisse quidem infantem, sed illum mortuum fuisse, non creditur illi, imprimis si partum in utero clam gestavit, eundemque sine interventu aliarum mulierularum studiò sola enixa est, ideo torturæ subjicienda est. & hoc vult art. 131. in verb. doch so ein Weibesbild ein lebendig glichdmässig Kindelein also heimlich irðgt. addat. Stephan. ad h. art. & in Not. ad art. 36. Carpzov. d. quest. 122. n. 25. 26.

Circa.

Circa exceptionem secundâ Confessionis judicialis queritur: An ille, Confessio qui in tortura confessus est aliquod crimen, in Examine autem, quod fit extra locum torturæ, negat, ulterius torquendus? De hac quæstione interdicitur, ut contra Reum etiam novis non supervenientibus indicis tortura possit repeti in eo casu, in quo confessus per torturam, & ductus die sequenti ad ratificandum, recusat ratificare, dicens: puto ea, quæ falso sum, esse falsa & sic dixisse dolore tormentorum; isto inquam casu potest iterum torqueri ad perseverandum in confessione. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 2 r. n. 36. quod & vult O. C. art. 57. So der Gefangene der vorbekannten Misschatt leugnet/ und doch der Argwohn als Vorsteher/ vor Augen wäre / so soll man Ihn wieder ins Gefängniß führen / und weiter mit peinlicher Frage gegen Ihm handeln. addatur Scheplitz. in promptuar. J. Civ. & Feud. tit. 44. I. 3. n. 7. pag. 697. & 698. ubi multos Authores consenteant allegat. & satis novum dicitur supervenire indicium illud, quod resultat ex varietate, & ex sua confessione præcedenti, quæ licet non ratificata, inducit tamen semiplenam probationem. l. 10. §. 5. & l. 15. ff. de question. quam. conclusionem probavit Marsil. in prax. crim. §. quoniam. n. 3. vers. & in hac questione, & l. repeti. n. 11. & seqq. ff. de question. addatur etiam Zang. d. tract. c. 5. n. 77. ubi aliam hujus conclusionis reddit rationem, quia scilicet, nisi reus nolens ratificare suam confessionem, posset ad id cogi medio torturæ (stante quod ad condemnandum confessio facta in tormentis non ratificata non sufficiat) raro vel nunquam Rei punientur, quia fatui essent, si ratificarent, postquam scirent, non ratificando salvos fieri. Exemplum refert Göh. in d. Proces. tit. 4. lit. I. in textu, pag. 188. & seqq. & in Notis lit. K. p. 217. de insigni aliquo Nebulone, qui melius indicabat millies torqueri in Brachiis; quam semel in gula, quia multi reperiuntur Chirurgi, qui norint sua in loca reponere & coaptare Brachiorum ossa, nec unus inveniatur qui norit reaptare gulum &c. & sic furca staret in vindictate, & delicta manerent impunita. Böer. Decis. 173. n. 19. & 21. Farin. quæst. 38. n. 91. & seqq. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 12. vers. ulterius quæro in pr. Gometz. Var. resolut. tom. 3. c. 13. n. 26. vide insuper de hac re Herman. Göhaus. in dict. Proces. tit. 4. lit. H. in textu & notis. & Berlich. in decis. quæst. 63. Solent autem Scabinatus & Facultates monere Judices, antequam ad tortaram progrediantur, ut In-

quisitum super articulos interrogent, forsitan delinquens sua sponte confiteri velit, hoc autem non existente Inquisitus ulterius Torturæ subjiciendus, hæc formula: daß zuförderst Inquisiten beweglich zugureden/daz Er Gott die Ehre geben/unß lieben in der Gliche bekennen/ als sich martern lassen wolte (quām regulam fermē de verbo ad verbum Judicibus præscripsit Josua cap. 7. 1. & s. iug. 20. Achariam sic hortantem: Mein Sohn / gib dem Herrn dem Gott Israel die Ehre/ und gib Ihme das Lob/ und sage mir an/was hastu getahn/und leugne mir nichts). Doferne Et aber in der Gliche nicht bekennen will/ seyde Ihr wohl besugt / Ihu anderweit mit der Schärfe durch den Scharfrichter ziemlicher massen angreissen zulassen. Aliud autem est, quando Reus sua revocationis tales prætendit & probat causas, ex quibus judex errorem confessionis deprehendere potest, tūm enim tortura repeti non debet juxta Sanctionem Carolinam art. 57. vid. Dn. Carpzov. d. p. 3. quæst. 126. n. 48. & quæst. 121. n. 49. & Jul. Clar. quæst. 21. n. 33. in fin. Quæritur, autem an ille Inquisitus, qui bis vester in tortura crimen aliquod commississe confessus est, postea autem, postquam ad ratificandum ductus, semper negat, poenā ordinariā afficiendus. Et Resp. quod non melius enim est hoc casu nocenti poenam infligere extraordinariam, quam condemnare innoxientem ad supplicium mortis arg. l. s. 32. l. 42. ff. de penit. L. 29. C. de appellat. l. 22. C. ad l. Cornel. de falsis. Mynsing. Cons. 59 n. 2. decad. 6. imo quia ad confessionem sub tormentis factam necessariō ratificatio requiritur Ord. crim. art. 56. §. der Gefangene / Ideò illum inquisitum non nisi relegationis ac carceris poena plectendum esse dicunt Zang. d. tr. c. 5. n. 81. Menoch. de presumptionib. lib. 1. pref. 97. n. 23. Dn. Carpzov. d. q. 126. n. 58. et si etiam nova Indicia proveniant; textus est clarus in Const. Elect. tit. wie oft die schärfe Frage zu repeteren. Ulterius quæritur, an Reus, si sc. in ipsa tortura secunda vel tertia crimen quod antea confessus est, revocet, absolvendus sit? Et Resp. quod imo, purgatis nimirum per quæstionem indicis prioribus. Dn. Carpz. d. quæst. 26. n. 54.

**Confessio in & extra** Tertiæ acceptanceis svasu quæritur. An ille, qui in & extra locum torturæ delictum confessus est, postea verò negat, iterum torturam, quendus sit, & hæc confessio Indicium adrepetendam torturam fæciat, sive etiam puniendus. Varijs iterum distingvunt Dd. de his vide negata.

Goeh.

Goeh. in d. Procès. Tit. 9. ex quibus unius saltim adducimus distinctionem, nimirum distingvunt ita: aut Confessionem suam revocant Inquisiti ante sententiam latam; aut revocant post sententiam latam. Primo casu dicunt, quod propter variationem ulterius torturæ sit subjiciendus Inquisitus. Hippol. de Marsil. in l. repet. 16; ff. de quæstion. Zang. d. c. 5. n. 77. ratio ejus in præcedente acceptione adducta est. Post repetitam torturam & ratificatam confessionem autem solet à Notario & Testibus super ratificatione confessionis Instrumentum confici, & postea Confessus ad mortem damnari, et si in die Executionis omnia neget. Carpzov. d. quæst. 126. n. 68. 69. & 70. Et hoc modo in Collegio Juridico Jenensi Senatui zu Mühlhausen M. Aug. 1624. responsum fuit. Cujus sententia verba ita sonant: Als Ihr Uns Inquisition, gütliche und peinliche Verhör und Aussage; sancti bero variation und Wiederrufung / die Gefangene M. F. betr. zugeschickt / und unsere Rechtsberichtung darüber gebethen/ deinnach sprechen Wir vor Recht: Hat mehrerwehnte M. F. bekandt / daß Sie sich dem bösen Feind ergeben/ den Herrn Christum verschworen / die Hostien missbrauchet/ und ihrem Bühlen gegeben / die Teufels Tänze besucht/ mit Ihme unmenschliche Unzucht getrieben/ Eri M. Otten usf die Schildern geschlagen / daß Er langwierig seucheln/ bis Er sterben müssen &c. &c. solches aber vor Verschickung der Acten wiedertraffen. Wosfern nun die Verhaftte usf ihrer geschehenen Wiederrufung dieser Unthaten beruhend thut / und die abgehörte Zeugen ihre gehane Aussage eidlich/ immassen Sie zu thun schuldig/ erhalten / so ist Sie wiederumb mit der Schärfe anzugreissen/ und ihre Aussage mit Fleiß aufzuzeichnen/ auch do Sie hernach nach eklischen Tagen außer beim Gefängniß und außerhalb des Orths/ da Sie peinlich angegriffen / vorin Richter und Schöppen und einem Notario ungebunden/ und ungedrohet/ auff vorgehendes befragten/ usf ihrer gehanen Urgicht verharret / so wird Sie wegen folcher begangenen hochstraflichen Unthat / ungeachtet dieselbe folgendes wiederumb für öffentlichen peinlichen Gericht es wiederrufset/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet. Eod modo Scabinatus Jenensis M. Jul. 1658. Prefecto zu Gerstungen & M. Februarie 1664. Prefecto zu Suhla in causa contra B. H. respondit. Et postquam post confectum Instrumentum Notarii & latam sententiam ille Inquisitus H. se defendere voluit, ad defensionem etiam per sententiam

am

am Mense Mart. 1664. latam admissus, Facultas Juridica Lipsiensis non considerata defensione hanc sententiam confirmavit, inquisitumque absque ulteriori interrogatione & tortura ad ignem condemnare jussit.

Alter casus est: Quid de eo sentiendum, qui in & extra locum torturæ delictum confessus est, post latam sententiam aut in ipso die Executionis negat. Respondent aliqui Doctores, quod Reus, qui solum ob impediendum legitimū Juris Processum, & ut dolosè differat ipsum Executionis diem, delictū quod antea confessus est neget, tamen ad mortem condemnari possit, si modò de confessione & ratificatione certè constet ex depositione Scabinorum jurata, sive Instrumentum coram Notario & testibus sit confectum, & hoc svadere videtur, quod scriptum est Dext. 17. vers. 6. ibi enim verba ita se habent: Auf zweyer oder dreyer Mund soll sterben / wer des Todes werth ist. allegant etiam P. H. D. art. 91. in verb. würde der Befflagte auf den ordentlichen Reichstag die Misserhat leugnen re. vid. Dn. Carpz. d. quast. 126. n. 63. 64. 65. & Valentia Disp. 6. quast. 13. punct. 4. & 5. duas profert causas, quare Executio non sit differenda, tum ut firmatatem suam obtineat processus juridicus, tum ut possit esse hujusmodi actionum finis. Et alias rationes probat ex sententia Doctorum Binsfeld. circa conclusionem 5. part. 2.

Alii autem dicunt, quod ejusmodi retractatio à Judice non plausibile neglegenda & contemnenda; sed opus sit, cum viris doctis & peritis deliberare, quid in eo casu faciendum, in primis si constet ex Indicium, eam retractionem non temere & malitiosè, sed ex debito & bona fide fuisse factam, & eam ob causam novam Examinacionem totius Processus instituendam esse tradunt. vid. Göhauf. *In d. Process. tit. 9. in Notis lit. A.* qui etiam putat, supra allegatam Ordinationem Criminalem sic intelligendam esse. Cui objectioni tamen Dn. Carpzov. *d. quest. 126. n. 65.* occurrit, & illam tacite refutat, ibique & *n. 66. 67. 68. 69. & 70.* diversa prejudicia allegat. Interim tamen concedi potest deliberatio cum viris prudentibus, in rem magni momenti, siquidem in Territorio Saxonico hoc in causa Acta ulterius ad Collegia Juridica transmitti solent.

Abfo.

**A**bsoluto Primo Significatu Confessionis sc. iudi-  
cialis nunc transgredimur ad alium Significatum, nempe  
Confessionem Extrajudicalem & quærimus: An confessio Confessio  
illa extrajudicialis, mediante quâ jactatione aliquâ non coactus  
aut compulsus quis confitetur, se hoc vel illud crimen perpetra-  
se, postea vero negat, Indicium ad torturam faciat? Ad quam quæ-  
stionem nos breviter respondemus, & dicimus, quod in omnibus  
criminibus hæc confessio extrajudicialis Indicium ad torturam fa-  
ciat, secundum expressam Constat. Crim. art 32. non autem suffi-  
cit ad condemnationem, uti putat Bodin. d. l. c. 4. l. 26. s. pen. de  
noxalib. ad. Arumæus Disp. ad Pandect. 5. tb. 11. p. mibi 73. sed solum,  
quando Inquisitus illam confessionem extrajudicalem judicialiter  
negat; facit Indicium ad torturam, Mascal. de probat. vol. I. concl.  
349. & vol. 3. concl. 1393. n. 28. Dn. Richt. p. 5. Conf. 7. n. 8. Ut au-  
tem confessio extrajudicialis Indicium ad torturam faciat, requiri-  
tur (1.) ut hæc sit probata testimonio duorum testium, Goedelm.  
d. l. 3. c. 10. n. 25. & quidem eam ob causam, quia ad quodlibet Indi-  
cium ad torturam sufficiens regulariter requiriuntur tales. P. H. Q.  
art. 23. 30. & 67. Menoch. de præsumpt. q. 89. lib. I. n. 21. (2.) ut con-  
fessio sit verisimilis, & habeat causam præ existentem; Nam si nulla  
subesset causa, quâ ita factum diceretur, indicium sumi non pos-  
set. Menoch. d. l. n. 17. Goedelm. d. l. n. 22. (3.) ut reus sit talis per-  
sona, in quam facile cadere possit talis suspicio criminis, & art. 32.  
in verb. und es wäre eine solche Person / das man sich derselben That  
zur Ihr versehen mag. Dn. Carpzov. quæst. 121. p. 3. n. 45. (4.) ut sit  
facta serio non jocose, Menoch. d. l. n. 19. P. H. Q. art. 32. in verb.  
dass Er von Ihme selbst Ruhms & oder ander ungenöther Dinge gesagt  
hätte/ dass Er die beflagte Misserthat gehabt/nam qui jocose loquitur,  
non immerito veniam meretur arg. l. 3. ff. de O. & A. Stephan. ad d.  
art. 32. & Carpz. d. p. 3. quæst. 121. n. 46. & (5.) denique ut sit specia-  
lis non generalis. Non enim sufficit, si dixisset, se incantationes ex-  
ercuisse, furtum commisisse, occidisse &c. nisi etiam dixerit, se hunc  
vel illum suis magicis & diabolicis artibus interfecisse, hanc vel illum  
rem abstulisse, hunc vel illum occidisse, &c. Franciscus Brutus de In-  
dicis p. 1. quæst. 3. n. 16. Anton. Gomez. c. 13. n. 8. Menoch. d. l. n. 20.  
Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 24. & Carpzov. d. l. n. 44.

Huc

Huc etiam referendum est illud, quando aliquis se ipsum judicat, dicens: *altum est de me & mea arte magica*, aut: *ne morte afficiatis me, id quod res est, enunciabo.* P. S. Q. art. 44. oder mit solchen verdächtigen Worten umgehet / die Zauberer auf sich fragen und dieselbe Person dessen sonstigen auch berüchtigt / Certissimum enim est Indictium maleficii, cum quis se ante condemnat, quam accusetur. Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 34. ubi ex Plutarcho Exemplum de particida refert. Confer. etiam Göh. d. r. 2. in conclusione pag. 109. in med. Sic etiam ad torturam facit, Indictum, quando quis transigit cum offenso, per precium numeratum, & postea negat; transigens enim pretio etiam modice non censetur fuisse transactus, nisi cogente & impellente criminis patrati conscientia; & ita fictione Juris habetur pro confessio. l. 4. ff. *De Jure Fisci*, illaque transactio inducit presumptam delicti probationem. Zang. d. c. 2. n. 116. & 122. Carpzov. d. p. 3. quest. 121. n. 196. mg. 66. Menoch. de praf. d. l. 1. praf. 89. n. 83. Brunus in tr. de Indic. q. 3. part. 1. n. 27.

**Absoluto etiam secundo Significatu Confessionis,**  
*Confessio* transgredimur ad tertium, & querimus. An Confessio in temporem sa-  
*coram sacerdote* facta Indictum ad torturam causet? Et Resp.  
*in quod non, ratio est, quia Clericus secreta non ut homo, sed tan-*  
*templo fa. quam Vicarius Dei scire intelligitur. e. s. r. Sacerdos de offic. ord. qua-*  
*cua. rationem sequitur B. Lutherus in Colloq. mensal. c. 14. fol. 19. qui dicit:*  
*Hassu meinem Herrn Christo was befehnet / so weis ihs nicht &c.*  
*& interrogatus sine mendacio recte respondet de sua ignorantia,*  
*nam ut homo & testis ignorat factum, super quo interrogatur, o-*  
*mnis utriusq. de penitenti. Angel. de Malefic. in verb. Hui tradit. Myr-*  
*sing. cent. 5. obs. 41. Gail. 1. obs. 100. n. 2. Menoch. de arbitr. Judic.*  
*quest. 1. 2. cent. 2. cas. 120. n. 21. & ideo a Judice compelli non potest,*  
*ut secreta confessionis revelet. Quin imò dixit Abbas. in c. directio-*  
*de excess. Praefat. quod etiam per Papam non possit cogi Sacerdos ad,*  
*revelandam confessionem alterius. Gödelm. d. l. 3. c. 7. n. 22. & 23.*  
*p. 56. Eamque ob causam talis confessio secundum Interpretum*  
*conclusionem nullam in foro seculari meretur fidem. Bald. & Ca-*  
*strenf. in l. Archigeromes. C. de Episcop. aud. Felin. in c. 1. n. 3. de except.*  
*Ripa ubi super §. fin. n. 194. nullumve in Judicio operatur effectus.*

ita, ut he illum indicium ad inquirendum prebeat Sacerdos. Impo-  
*Sacerdos sibi concedita ac in loco sacre delicta confessio revelans*  
*secundum Ius canonicum. Sacerdotali officio non solum deponi,*  
*sed etiam ad agendam paenitentiam in aratum monasterium detru-*  
*di debet c. omnis 12. vers. caput omnino Sacerdos. X. de paenitentia. Ali-*  
*ud autem est, quando Sacerdoti a confiteente licentia & facultas data*  
*est manifestandi talem confessionem, vel etiam quando agitur de*  
*delicto committendo, ut obviet illi, tenetur in generare revelare, non*  
*nominando personam confitentis. Innoc. Abbas & alii in c. omnis*  
*atring. sexua de paenitentia & reor. Hippol. in l. si quis ne quæstioff. de*  
*quæstion. n. 147. ubi post Lap. & alios quos citat, dicit, credi. Sacer-*  
*doti fide digno dicenti morientem sibi dedisse licentiam revelandi*  
*confessionem. Gig. de crim. lef. Maj. st. quest. 18. n. 18. Tandem et-*  
*iam potest revelare confessionem in causa matrimoniali. Mascard.*  
*de probat. vol. 1. concl. 367. qui inter alios per totam conclus. hanc*  
*quæstionem nervosè tractat. vid. porro Preßmann vol. 2. Conf. 16.*  
*n. 78. Decian. Tract. crim. l. 2. c. 14. n. 15. Ripa de Peste cap. 8. n. 99.*  
*Menoch. de presumt quest. 89. n. 26. 27. Württer in Epit. Historiar.*  
*auct. a Georg Steinhart cap. von der absolution. n. 5. p. 527. Jac-*  
*cob Schulz in Loci Commun. Jur. Civ. Canon. & Sax. voc. Sacer-*  
*dov. n. 1. p. 987. Dn. Carpz. in Jurispr. Ecclesiast. lib. 3. tit. 2. def. 25. per*  
*rot. & tandem Dn. Brunnemann in Process. crim. cap. 5. membr. 2.*  
*n. 25. 26. & 39.*

#### IV. DE TITUBATIONE TRIPIDATIONE, VARIATIONE SEU VACILLATIONE & MENDACIO.

**Q**uaritur, an illæ species Indicia ad Torturam faciant?  
*Et Resp. quod non, nisi alia adminicula cum illis concur-*  
*rant. Menoch. d. presumt. 89. n. 67. 68. 69. 71. 72. Far-*  
*rant. Menoch. d. presumt. 89. n. 67. 68. 69. 71. 72. Far-*  
*nac. quest. 52. n. 8. 11. 12. 14. 19. & seqq. Zang. c. 2. num. 102. Car-*  
*pzov. p. 3. quest. 120. n. 71. 72. 73. 77. Sufficiunt quidem illæ ad inqui-*  
*rendum, non verò ad torturam, nisi (ut supra dictum) singulæ sint*  
*adjuvæ aliis presumptionibus & Indiciis. Sane quando quis loquitur*  
*C 2*

tur tremens, timens, pallens vel sudans, præ angustia timoris, iſtud Indicium sufficiens cum variatione esse non potest, quia nimis est fallax, & dubium & debile, quoniam multis hoc contingit duntaxat follicitis de proprio honore & metuentibus potentiam adversariorum, aut judicum asperitatem, quamvis innocentissimi sint, eò, ut plerumque nesciant præ perturbatione quid dicant, ut egregiè Farin. d. quæſt. 452. n. 48. Clar. quæſt. 21. n. 38. & Göhauf. d. t. 2. in concl. p. 115. & 116. differunt; Aliud autem est, de variatione, quando illa fit circa negotium principale aut circumstantias substantiales, sc. loci & temporis e.g. si reus modò dicat se fuisse tempore commissi criminis Francofurti, modò, quod considerat eodem tempore Augustæ, & tamen tunc temporis non procul à loco delicti perpetrati Lipsiarum à testibus visus fuisset, eam ob causam arbitrio Judicis, an illud Indicium sufficiens ad torturam sit, nec ne, relinqu posse, cum aliis censem Dn. Carpzov. d. l. n. 74, 75, 76. Consenit etiam Jacob Schultz. in Loc. commun. voce variatio. n. 2. in pr. p. 1125. & 1126. & voce Inquisitio n. 1. ubi varios Authores allegat; Quod & de Mendacio intelligendum esse puto, e.g. quando inquisitus negat coram Judice, se venenum emisse, & præparasse, sed postea evincitur, tunc Indicium ad torturam facit. P. H. Q. art. 37. in verb. So einer Sifte faufft und des vor der Obrigkeit im leugnen stünde &c. vid. etiam d. Auth. Schultz. in Loc. commun. voce Mendacium. n. 1. 3. 4. & d. voce Inquisitio n. 1.

## V. DE TACITURNITATE.

**Q**uæritur, an taciturnitas inculpati Indicium ad torturam faciat? Ut ad hanc quæſtionem respondere possumus, necessum esse judicavimus, distinguere inter Taciturnitatem que post interrogationem Judicium fit, & eam, que fit à diffamante post objectionem alicuius criminis, extra Judicium, quando nimis nihil de sua innocentia responderet, sed hanc contumeliam patitur. Itaque dicimus, quoad primum significatum taciturnitatis, quod quidem regulariter tacens consentire videatur. l. 142. ff. de R. J. Sed non semper hæc regula procedit. l. 177. & 195. ff. de R. J. limitatur enim à Doctoribus, quod quidem in favorabilibus procedat, non vero in præjudicia-

judicialibus & quando de damno tacentis bagno & præjudicio agitur. Canonistæ ad c. quæſt. 43. de R. J. in 6. l. in vitro 5. ff. de S. P. Urban. Besold. p. 2. Conf. 57. n. 145. & p. 5. Conf. 219. n. 10. Magnif. Dn. Richt. in Tract. de Peccatis ad l. 16. C. d. t. n. 8. & 17. Nunc vero hæc regulæ de magno Damno & præjudicio tacentis agitur, Insuper hæc regula non procedit in criminalibus. l. 48. l. 1. 2. 3. ff. de furto. Carpzov. de probat. vol. 3. concl. 1153. n. 54. Zang. d. c. 2. n. 106. Carpzov. d. l. 3. quæſt. 120. n. 82. & sanè meritò, potest enim aliquis innocens esse, & tamen nihil respondere. Joh. 19. 9. Ergò ad torturam illa taciturnitas Indicium facere nequit; Inquisitus tamen tacens potest adigi ad respondendum. Alterum significatum quod attinet, sciendum, quod patiens contumeliam, suspectus quidem reddatur, sed quando illa taciturnitas sive patientia Indicium ad torturam facere debet, modò ut concurrant alia indicia, in primis fama, necesse est. Göhauf. quæſt. crim. 13. p. 128. Cum ex taciturnitate non violenta & certa, sed remota & probabilis præsumtio solum oriatur. Menoch. præl. 89. n. 129. & cas. 21. lib. arb. Zang. c. 2. n. 109. Dn. Carpzov. d. l. 3. quæſt. 120. n. 81. Althus. in Dicæol. l. 3. c. 38. n. 48.

## VI. DE PHYSIOGNOMIA MALA, VULTU, GESTUUM VBE SIGNIS.

**M**ala Physiognomia in genere arguit malam natum. Cic. in Orat. pro Roscio Comæd. & cor hominis repræsentat & mutat faciem & vultum hominis Sirac. 13. 30. 31. & ex aspectu vir cognoscitur Sirac. 19. 26. 27. 28. c. 26. 12. & malitia colligitur ex vultu hominis Gen. 4. 6. Matth. 27. 39. Althus. in Dicæolog. l. 3. c. 39. n. 52. ideo veneficas ex solo conpectu cognosci posse vulgus existimat. Goedelm. d. l. 3. c. 3. n. 17. 18. Hinc illud vulgatum: *Heu, quād difficile est, crimen non prodere vultu.*

Et Juven. Satyr. I. in fin.

— — rubet auditor, cui frigida mens est.  
Criminibus tacita sudant præcordia, culpa.

Idem Sat. 2.

— — — — — hunc ego satia  
Impuro, qui vultu morbum, incessu, fatetur.

Et

Et hujus generis infinita Exempla quotidie aucta veniunt. vid. B. Luth. in c. 4. Gen. & Gödelm. d. l. n. 18. 19. 20. 21. qui Exemplum de scorto & infanticida refert. Sed non in specie arguit aliquod delictum Joh. Bodin. lib. 4. de Demonolog. c. 4. p. 589. Zang. d. t. 2. n. 85. Dn. Carpzov. d. quest. 120. n. 79. 80. Unde Indictum non sumendum, ut quidam sumunt, si Inquisiti oculos in terram defigant, hoc ferme nihil est, potest enim ex pudore oriri, nec est proprium unius delicti in specie, ac ne in genere quidem delicti sufficiens argumentum. Et ait ille Theologus, volare docendi sunt oculi & repere, volare ad Deum, repere ad sepulchrum. Grande bonum, oculus tranquille pudicus;  
*Et castigata collecta modestia frontis.*

Vid. Göh. d. Process. Tit. 2. p. 117. & 118.

Idem ferme sentiendum, quando dicunt, veneficas fere non posse, quantumvis torqueantur. Bodin. in d. tr. l. 4. c. 1. post. med. & cap. 4. post. med. Grilland. de Sortileg. quest. 9. n. 5. Ex hoc enim Indictum sufficiens oriri non potest. Nam quidam homines propter duram naturam fere non possunt. Sic quidam apud Plautum in Pseud. act. 1. profitetur :

*Pumiceos oculos habeo, non quo  
Lacrymam exorare ut expuant unam modi;  
Nam genus nostrum semper fuit siccoculum.*

Vid. etiam Delfio l. 5. sect. 4. §. 25. qui alia Exempla refert. Deinde etiam fieri potest, quod nonnumquam ipsa doloris magnitudo lacrymas desiccat, & planè tollat, juxta illud Orchestre Sene. in Od. vers. 57.

*Fletuq; acerbo funera & quasq; carpit,  
Quin ista tanti pervicax claves mali  
Siccavit oculos, quodq; in extremo sole  
perierte lacryma.*

Soler ait & verum est; Jam ex adverso sèpè prælætitia quidam lacrymantur juxta illud ejusdem in Thyn,

*Subtos fundunt,*

*Oculi fletus, nec causa subest.*

*Dolor amarus est? an habet lacrymas*

*Magna voluptas.*

Vid. Göh. d. t. 2. in concl. p. 113. & 114.

## VII. DE CONSuetUDINE DELINQUENDI.

Ueritur, an illa ad torturam Indictum faciat? Et  
Resp. quod imò, si nempè priora per poenitentiam non  
emendata sint, & alia adminicula accèdant. Menoch. l. 1.  
presumt. 89. n. 101. & 102. & seqq. Farin. quest. 52. n. 93. semel énim  
malus semper præsumitur talis. c. semel malus de R. J. in 6to. Menoch.  
l. 5. pres. 1. n. 32. & pres. 32. per tot. Magnif. Dn. D. Richt. in Colleg.  
Adverb. Semel. & contra eum præsumitur, qui laborat infa-  
mia. Luc. de Pen. in L. hac lege. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. in princ.  
Mascard. de probat. vol. 2. Concl. 106. maximè in eodem genere malis.  
Idem in concl. 122. n. 20. & concl. 141. n. 28. & concl. 1007. n. 37. & 38.  
Dn. Richt. d. l. & Conf. 4. part. 6. n. 30. Magna enim vis est Con-  
suetudinis, quæ non facile, cum inhæserit, extirpari potest, sed quasi  
in naturam abit. Meyfart. in Mellefic. orat. voc. Consuetudo. & ex con-  
suetudine oritur mala præsumtio; Salicet. in l. si fugit. C. de serv. fugit.  
Bart. in l. Cassius de Senat. Dn. Richter. p. 6. Conf. 31. n. 2. imò confue-  
tum fieri præsumitur factum. Bl. in l. incendium C. si cert. petat. per l.  
quod si nolit. §. qui asidua. ff. de adilit. Edist. ex Duarenho. c. 7. Com. in  
part. 1. Pand.

## VIII. QUANDO QVIS VISUS SIVE ETIAM DEPREHENSUS EST IN LOCO SUSPECTO SIVE DELICTI, AUT INCONSVETO TEMPORE.

Ueritur, an illud Indictum ad torturam faciat? Et  
Resp. quod sic, si nempè fama publica concurrat, art. 25. ob  
die verdachte Person &c. Menoch. l. 1. pres. 89. n. 100. 126. Fa-  
rin. quest. 52. n. 138. Althus. d. l. 3. c. 39. n. 28. & 31. Göh. d. t. 2. p. 188.  
indict. 6. ferme infin. & quest. 12. p. 122. & 123. & hoc vult etiam dict.  
art. 25. in verb. Ob die verdachte Person an gefährlichen Orthen zu-  
der That verdächtlich gefunden oder betreten würde, & porro d. art. 25.  
§. zum dritten: Ob ein Thäter in der That / oder dieweil Er uff den  
Gedanken oder darvon gewest geschen worden / so Et  
nichts

nicht erkande wchre / so soll man Auffmerkung haben / ob die verhachte Person eine solche Gestalt / Kleider / Waffen / Pferde / oder anders habe / als der Thäter obvermischte wolle. Carpzov. p. 3. quest. 120. n. 30. 31. 32. 33. 34. nullamque causam frequentationis istius loci indicare potest, e. g. quando suspecta Veneficii in Domo aut Stabulo alterius, & inconveniente tempore deprehenditur, Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 28. & mors aut subitus morbus aliquem paulò post opprimit. Göhaus. d. t. 2. in concl. pag. 109. in med. vel quando venefica visa est pulverem vel sortem super gregem pecorum injicere & statim pecora perierunt. art. 44. Qd̄r mit verdächtigen Dingen / Gebehrden und Wesen umbgehet/die Zauberer auf sich tragen. Gödelmann. d. l. n. 27. Idem censendum de aliis criminibus. e. g. de furto, quando quis nocturno tempore egreditur ex domo cum fiscello vel sarcina sub pallio diligenter occultata. Magnif. Dn. D. Richt. p. 6. cons. 31. n. 1. vel quando cum clavibus adulteriis, aliisque instrumentis effractoriis visus fuit. art. 43. vers. item so dēx Diebstahl etc. Similiter quando scalæ reperiuntur ad fenestram illius domus positis ex quare aliqua furto subtracta est, contra dominum scalarum furti commissi insurgit Indictum. Blanc. de Indicis. n. 428. Carpzov. d. p. 3. quest. 122. n. 52. 53. & 58. Sic & homicidium contra illum presumitur, & indicium ad torturam contra illum facit, qui visitus est exire ex aliqua domo gladio sanguinolento, & cum facie pallida, quæ domus non habet nisi unicum ostium, & intus reperitur homo mortuus. Marsil. in Rab. Cod. de probat. n. 237. Menoch. d. l. i. pref. 89. n. 117. & n. 118. ubi hunc & alium casum refert; hoc idem sentit dum de Jure respondit. Alb. in Cons. 56. n. 20. & insuper hoc confirmant Zang. d. c. 2. n. 153. & Mascard. de probat. vol. 2. Cons. 868. n. 25. Simili modo in aliis criminibus judicandum est, de adulterio vid. Carpzov. p. 3. quest. 122. n. 70. 72. Mascard. de prob. concl. 64. n. 7. concl. 61. n. 1. 3. 7. & 8. & concl. 59. n. 15. Menoch. l. 5. pref. 41. n. 11. & Göhaus. d. t. 2. p. 73. in med. De crimine proditionis. art. 42. Conf. Crim. & Carpzov. d. n. 83.

## IX. DE DENUNCIATIONE SOCI CRIMINIS.

Quæritur an sola denunciatio unius delinquentis Indictum ad torturam faciat? Et Resp. quod sola denunciatio non sufficiat, Schürff. Cons. 88. 8. 2. vers. 6 per hoc patet responsio. Scheplitz. in promt. Jur. Civ. & Feud. tit. 44. §. 2. n. 3. Magnif. Dn. D. Richt. p. 2. decis. 91. n. 10. p. mihi. 552. & hoc vult etiam O. Crim. 21. Solent namq; veneficæ sepe ex mera invidiâ & instinctu patris diaboli, qui nil nisi sanguinem innocentum Christianorum spirat, sponte vel in tortura confiteri, præcipuas in Urbe fuisse earum consocias. Gödelm. d. l. 3. c. 4. n. 1. quod & alii delinquentes faciunt. e. g. homicida aliquem tanquam socium homicidii nominat, ut à poena ordinaria liberaretur, vel aliam ob causam. vid. etiam Alth. d. l. 3. c. 39. n. 23. Et Exemplum refert d. Autor Gödelm. in Epistolis ad Secretarium quendam Civitatis d. tract. l. 3. præpositu p. 12. de Latrone quodam, qui Sutorem aliquem propter denegatos calceos tanquam Socium criminis nominavit. Et hæc denunciatio non sufficit, etiamsi socius criminis in suo perseverarit dicto usque ad mortem. Farin. quest. 43. n. 28. Magnif. Dn. D. Richter d. decis. 91. qui etiam præjudicium allegat; licet etiam morte ratificaverit. l. 3. §. 1. ff. ad Scđum Sylian. Potest enim aliquis ex tremore mortis interdum aliquid confiteri, qui tremor morti æquiparatur. Meland. in sua Resolut. quest. crim. contra Sagas, Process. p. 38. Deinde etiam fieri potest hæc denunciatio socii sagas, ut per aliorum simile dampnum Inquisiti solatium eam ob causam, ut per aliorum simile dampnum Inquisiti solatium accipiatur. Naufragium enim aliorum perditis est solatium. Et Ovid. Metam. 15. sic loquitur:

— — — Nec enim fortuna querenda  
Sala tua est: similes aliorum resifice casus,  
Mitius ista feres.

Et hæc nostra decisio adeo procedit, ut denunciatio sola nullum Indictum ad capturam faciat, cum ad capturam decernendam etiam Indictia præcedentia legitima requirantur, & inculpatio à socio criminis facta iis non annumeranda. Farin. tract. lib. i. quest. 27. n. 110. cap. venient. de testibus & l. 11. C. eod. addat. Magnif. Dn. D. Richt. d. decis. 91. n. 12. & 13. unde etiam delinquens in quibusdam casibus de sociis interrogari nequit. Sed Magistratus ob nominationem socii criminis tantum ad inquisitionem, vel sui informationem pervenire potest. Farin. pract. crim. q. 43. n. 129. Dn. Richt. d. l. n. 11. in primis contra illum, qui est bona fama, ex denunciatione delinquentis captura decerni non potest. Dn. Richt. d. l. n. 16. ubi præjudicium al- legat. D

legat. Aliud autem dicendum, quando delictum exceptum & tale est, ut præsumptio sit, id non esse commissum sine sociis, tunc reus de sociis interrogari potest, observatis nimis certis requisitis quorum meminit Gödlem. d. l. 3. c. 9. n. 12. vid. Zang. d. c. 2. n. 27. vers. nisi furtum. &c. & quando nominatio à pluribus facta & confirmata. Martin. Delrio. lib. 5. disquisit. Magic. sect. 3. col. 1. lit. B. Dn. Richt. d. decis. n. 19. (non autem debent Judices delinquentem de hac vel illa persona interrogare, sed saltim in genere. const. crim. art. 29. 30. & l. 1. §. 1. ff. de quaſt.) & nominatus est malæ famæ, cumque talibus denunciabitibus semper in amicitia vixit, & conversatus fuit, vel etiam secreta colloquio nominati & nominantis ante crimen commissum habita v. c. antequam segetes deſtruuerentur, puer necatur &c. sive etiam alia concurrant Adminicula. Carpz. d. p. 3. quaſt. 120. n. 86. & seqq. Jacob Schultes in Loc. communib. voce allocutio n. 1. tunc extra omne dubium Indicium ad torturam facit. Göh. in ſepe cit. Proceſſ. t. 2. in explicat. lit. H. n. 6. & 7. p. 88. & Idem in decis. quaſtionum crim. quaſt. 7. p. 122. & quaſt. 10. per tot. Alth. d. l. 3. c. 39. n. 19. in fin. & Gödlem. dd. locis & per tot. videatur etiam Goldbatt. von Confiscat. der Heren Gütter s. 40. lit. q. r. s. t. v. vv. in textu & Not. Debet autem hæc denunciatio in tortura fieri, art. 31. in der Marter / interrogatione ſpeciali judicis præcedente de circumſtantiis d. art. 31. vers. zum andern & vers. zum dritten: gebihret ſichs zuerfundigen &c. & delinquens debet perseverare in ſua denominatione, d. art. 31. §. zum fünften. vid. etiam de hac quaſtione Carpzov. d. p. 3. quaſt. 121. num. 20. mg. 40.

## X. DE CONVERSATIONE CUM HOMINIBUS MALÆ FAMÆ.

**Q**uæritur, An ſola illa conversatio Indicium ad torturam faciat? Sunt qui hoc nudè affirmant. vid. Farinac. quaſt. 42. n. 174. & 177. & quaſt. 52. n. 58. & seqq. Cui ſententia autem ſic adſtipulari non poſſimus. Similis quidem ſimili plerumque adhærefit, Conſtit. crim. art. 44. auch ſonderliche Ge- meinſchaft mit Zauberinnen und Zauberern hat. Item t. 25. ibi: ob die verdachte Persohn bei ſolchen Leuten Wohnung und Geſellſchaffe haben, die dergleichen Weſſerhat ſiben. Hinc illud:

Noſcitur

Noſcitur ex comite qui non cognoscitur ex ſe.  
Et quilibet bonus etiam efficitur vitiosus ex mala coheratione L. 25. §. 6. ff. de adilit. Ediſt. Prov. c. 13. vers. 26. & cap. 22. vers. 24. 25. & Psal. 18. vers. 26. 27. 28. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 106. n. 6. Gödlem. d. l. 3. c. 10. n. 13. add. etiam Althus. d. l. 3. c. 39. n. 27. Sed putamus, quod etiam alia Indicia concurrere debeant. d. art. 25. art. 27. Zang. c. 2. de tort. n. 127. Aliud autem est, quando accedit præſtitia opes & auxilium cum talibus hominibus facinorofis, tunc enim talem conveſtationem Indicium ad torturam facere non negamus, & hoc vult ord. crim. art. 40 ibique Stephan. conſirmat & hanc Concluſionem Dn. Carpzov. d. p. 3. quaſt. 120. n. 35. mg. 42.

## XI. QUÆRITUR DE PRÆPARATIONE AD DELICTUM, AN INDICIUM AD TOR- TURAM FACIAT?

**E**t respondeatur affirmativè, si nempe deinceps datum subsecutum eſt & præparans eſt, malæ famæ. art. 43. in verb. Ist denn der Verdachte &c. nam quando homicida præparat gladium aut fustum &c. fustulit primo arma & defert illa, & eſt autor rixæ; venifex ſive venefica venenum: Incendiarius Sulphur & alias materias ad Incendium aptas, emere, venefica materias ſuſpectas coquere, Latro bombardam tendere, viſus eſt &c. & ille qui veneno extintus dicitur, cum illo, qui emit venenum in inimicitia vixit. art. 37. und der Verdachte mit dem vergifteten in Ueſchlag. ſeit geweſen &c. & damnum subsecutum eſt, tunc extra omne dubium Indicium ad torturam oritur. Alth. d. l. 3. c. 39. n. 44. 46. 47. Maſnig. Dn. D. Richt. part. 5. Conf. 6. n. 14. & Conf. 7. n. 2. 3. 4. 5. 6. Conſentit etiam in quibusdam P. H. Q. art. 37. Item ſo der Verdachte überwiesen wird, daß Er Gifft gekauſt/ oder ſonſt barmit ſümbgangen/ niſi docere poſſit ſe veneno aliam ob cauſam probabilem & non prohibitam uſum fuſſe. d. art. 37. in verb. Er könnte dann mit glaublichen Schein anzeigen, daß Er ſolch Gifft zu andern unſtraßbarlichen Sachen gebräucht hätte/ oder brauchen wollen. Carpzov. p. 3. quaſt. 122. n. 15. 16. 17. 18. vid. etiam de hac quaſt. Menoch. d. l. 1. quaſt. 122. 123. 124. Porro præparationem adulterii indicat Ovidius his verbis:

D 2

Vifus

*Vifus & alloquium, tactu post oscula factum.  
Vid. Accurs. in l. quod ait lex. de Adulter. super verb. allegat.*

## XII. DE OCCULTATIONE DELICTI QUÆRITUR, AN INDICUM AD TORTU- RAM FACIAT?

**E**t Resp. quod sic: nam uti vulgus loqui amat: Der Hähler so gut ist als der Stehler / & jure civili non tantum in l. x. ff. de receptator. l. eos qui i. C. de his qui latrones vel alii criminibus reos occult. & l. congruit 13. sub fin. ff. de off. Praesid. sed etiam Jure Saxonico lib. 2. art. 13. & 25. statutum est, quod ille, qui facinorosos homines scienter & dolose recepit, res ablatas vendidit, de iisdem participavit, aliove modo iisdem adjumenta subministravit, paripoena cum fure plectendus sit, in verbis: Wer Diebe hauset oder Raub hâlet/ oder einem mit Hülffe darzu stärcket / wird Er des überwunden/ man soll über Ihm richten/ als über jenem. &c. Schneidev. ad s. II. n. 3. & 4. & §. ult. n. 7. fermè in fin. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. Georg. Schultz. in Synopsi Instit. d. t. in Notis lit. i. § h. pag. mihi 415. 416. & seqq. Magnif. Dn. Præf. Exerc. 48. th. 25. p. 898. in med. & th. 51. 52. Nobil. Dn. D. Schröter. Patronus ac Præceptor meus honorandus in Resol. L. L. diffic. d. t. C. de his qui latrones &c. & P. N. Q. art. 177. in verb. So jemand einem Misschäfer zur übung einer Misschäfer &c. Jacob Schult. in Loc. comm. Vocab. auxilium n. 2. Imò modico pretio emens rem furtivam à fure præsumitur particeps fraudis, ita ut torqueri possit. Magnif. Dn. Richt. p. 2. decis. 96. n. 11. Nunc verò illi puniri non possunt, nisi prius confessi sint talém occultationem & præstítum auxilium; Ideò illa occultatio, quando nempe negat occultans, & per testes probari potest, Indicium ad torturam facit. Hoc enim expresse vult O. C. art. 40. So einer wissenschaftl. oder gefährlicher weise &c. & art. 25. in versl. zum fünften verb. oder gewartung einiger Dñs &c. Dn. Carpzov. p. 3. quæst. 121. n. 61. 62. usq. 66. & quæst. 122. n. 59. Aliud autem est, quando quis saltim delicti jam perpetrati non est ignarus, nec tamen illud detegit aut patrari delictum impedit, cum impedire debuerit, tunc enim ad torturam sufficiens non est Indicium; l. 48. ff. de furtis §. 1. nisi concurrentia adminicula Farin. prax. crim. lib. 1. tit. 5 quæst. 51. n. 2. Dn. Carpzov. d. p. 3. quæst. 120. n. 83. 84. 85.

XIII.

## XIII. QUÆRITUR, AN INDICUM AD TORTURAM FACIAT, CONTRA ILLUM, CU- JUS RÈS REPERIUNTUR IN LOCO DELICTI?

**E**t hæc quæstio iterum affirmativæ potest decidi, per Ea quæ tradit P. H. Q. art. 21. Farin. quæst. 52. n. 74. 77. Me- noch. d. l. 1. præf. 89. n. 135. 136. 137. & Althus. d. l. 3. c. 39. n. 29. & sic contra illum oritur Indicium perpertrati homicidii, cujus gladius reperiatur vagina aptus, aut vulnera reperiuntur ad mensuram gladii illata, securis alteriusve Instrumenti accusati, Carer. Indic. 36. post Bartolum, quem commemorat, Vel gladius reperiatur in loco delicti sanguine madefactus & vagina ad latus. Böer. in quæst. 66. n. 5. Sic etiam insurgit Indicium contra illum, cujus Calcei, pileus, aliaque vestimenta accusati reperiuntur in loco delicti, Carpz. quæst. 121. n. 7. 8. 9. & indicium facit etiam contra illum, qui de furto fuit accusatus, si appetat formam ejus pedis convenire illi, quæ terre humidæ infixa est; Idem etiam sentiendum de illo casu, quando reperiuntur scalæ ad fenestram illius domus positæ, ex qua res subtra-cta est, contra Dominum scalarum enim indicium facit, uti Indicio Universali g. deductum fuit; nisi probare possit, se ensem vel alias res commodaesse, vel sibi subtractas esse. Zang. d. c. 2. n. 154. Ord. crim. art. 33. in fin. Et fônte denn solchen Verdacht &c. & art. 29. in verb. Et mîrde denn etwas dagegen fürwenden &c. Carpzov. d. l. Egregium Exemplum extat apud Plutarchum, in Parallelis, qui scrip- tum reliquit: Lajum Thebandum prehensum, & carceri inclusum, quod ejus gladio constabat occisum Chrysippum, qui nisi adhuc loquens, ipsam La-jum eâ suspicione liberasset drectus homicidu, sorte quæstionibus suppositus fuisset.

## XIV. QUÆRITUR, AN INDICUM AD TORTURAM FACIAT CONTRA LIBEROS, QVAN- DO PARENTES ILLORUM SUNT MALEFICI ET MALÆ FAMÆ?

**V**identur quod sic: & quidem quoad patrem: mores seqvuntur temperamentum corporis, & sicuti ex patre filius eò pend modò, quò & radice arbor provenit, ita factum est, ut:

D 3

ut patri similis p̄f̄sumatur filius. Gl. ad L. quod si nolit. §. mācīpi  
ff. de adilit. Edīt. Unde fit, ut in gravissimis criminibus non solum  
pater criminis reus, sed & filii plectantur e.g. in crimen laesae Majestatis. l. quinquis C. ad L. Jul. Majestat. pariter etiam in Crimine heresis.  
c. 2. §. heretici. de hæret. in c. felicis §. nulli de pen. in Sto. Alphonſ. de  
Castro in lib. 2. de juxta hæret. punit. c. 11. Menoch. de præf. l. 5. præf. 38.  
n. 1. 2. 3. usq. 10. Et non procul à proprio stemmate poma cadunt.  
Idem fermè de matre & filia dicendum erit: in Proverbio enim di-  
citur: Τελεσχία τῆς ἐνοργήσιας μήτης: Qualis Mater: talia filia, vel se-  
cundum illud Tritum: das Vier schmäckt nach dem Fäſſe. Unde  
etiam aliqui Doctores putant, quando mater est Saga, quod filia  
talis sit, & hoc modo Indictum ad torturam faciat, ita ut de omni-  
bus Magis ferd pro certissima regula habeatur, quemadmodum ex  
innumeris Indiciis compertum afferit Bodinus, quem sequitur Be-  
sold. in Thesaur. Præf. verb. Heren/ p. 397. & hoc pertinet Distichon  
Catulli :

Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet,  
Si vera est Persarum Religio.

Et nullum est Sacrificium, quod ab ipsis hominibus tantoperè Dia-  
bolus expetat, quam ut suos ipsorumque liberos, simul ac hauserunt  
lucem, ipsi voveant, Joh. Georg. Gödelmann. d. l. 3. c. 3. n. 16. pag.  
17. & cap. 10. n. 13. p. 106. Sed huic Sententiae sic adstipulari non pos-  
sumus, cum etiam contingat, quod mali parentes bonos & pios libe-  
ros progenerent. Ideò arbitramur, quod quidem (in primis in cri-  
mine beneficii) Judex ad Inquisitionem pervenire possit, si nempē  
fama mala concurrat, non verò Indictum ad torturam sufficiens fa-  
ciat contra liberos, quorum Parentes malefici fuerunt.

## CAPUT II.

### De Indiciis, quæ in quibusdam delictis communia sunt.

Absolutis nunc Indiciis, quæ in omnibus commu-  
nia sunt, transgrediemur ad tractationem illorum, quæ in  
quibusdam delictis communia sunt.

I. DE

Quæritur autem,

## I. DE MINIS.

**A**n illæ Indictum ad torturam faciant? In hac  
questione decidenda videtur necessarium esse, ut di-  
stingvamus hunc in modum: Aut minas delictum damnum-  
ve est subsecutum, à persona mala fama & vita, & quæ solita minas  
exequi, facta sunt; putamus illas facere Indictum efficax ad tortu-  
ram, & hanc sententiam nostram confirmat Clar. quest. 21. n. 37. Ba-  
ptista Ziletus. Cons. 79. Joseph. Mascard. de prob. vol. 2. Concl. 1062. n. 7.  
Menoch. d. l. 1. præf. 89. n. 59. usq. 66. P. H. D. art. 44. ibi: oder ie-  
mand zu bezaubern bedrauet. e.g. Ich will dirs gedencken/Ich will dir  
einen rothen Hahn auf das Haus sehen/das Messer im Leibe umbwen-  
den/vel alio modo. Nec refert, an quis minetur hoc expresse vel  
tacite five ænigmatische, si post eas minas tamen delictum subsecu-  
tum sit. d. art. 44. und den Bedraueren dergleichen geschicht / & art.  
31. in fin. oder aber gedraues hätte. & quidem in continenti. Bodin.  
l. 4. Demonolog. c. 2. Valentia Diff. 6. quest. 13. punit. 4. th. 2. Göhaus.  
d. t. 2. in concl. p. 106. 107. & quest. 12. in fin. p. 125. Aut nullum da-  
mnam subsecutum, & sunt tales minæ ambiguae, quæ possunt significa-  
re vindictam legitimam aut juris, quæ nemini denegatur & in dubio pro illa  
interpretanda. Magnif Dn. D. Richt. Reg. 3. n. 30. 33. v. g. ufciscar,  
solves, pœnitibit te, non sic abibit &c. facteque ab illa persona, quæ bona fa-  
ma, & non solita est tales minas exequi, damnumve post intervallum subse-  
cutum; tunc nullum sufficiens Indictum ad torturam facit. Far. quest.  
crlm. 50. n. 14. & per totam. Gomez. var. resolut. Tom. 3. cap. 13. n.  
11. & Göhaus. d. l. p. 107. 108. Ratio est, quia sèpè multa verba  
proferuntur calore iracundia, quæ tamen Executioni non mittun-  
tur. arg. l. famosi §. 1. ff. ad L. Jul. Maj. ibi: nec lubricum lingua ad pæ-  
nam facile trahendum est. Mascard. d. concl. n. 10. Gödelm. d. l. 3. c. 10:  
n. 17. in fin. qui Exemplum aliquod de foemina refert, quæ propter  
has minas torturæ subjecta, postea verò non à se, sed ab alio inimico  
implatas minas, innocens reperta fuit. vid. etiam Dn. Carpzov. d.  
p. 3. quest. 121. n. 51. qui ex Boer. & Puteo simile Exemplum refert.  
Add. portò Althus. d. l. 3. c. 39. n. 24. & Jacob Schulz voce Minæ.

II. DE

## II. DE INIMICITIA CAPITALI QUÆRITUR, AN INDICUM AD TORTURAM FACIAT, QUANDO LÆSIO INTERCESSIT?

**E**t Resp. affirmativè. Hoc enim vult O. crim. art. 25. vers. zum fünften & art. 26. si nempè alia Indicia in primis minæ concurrant. Menoch. d. l. i. pres. 89. n. 51. Heinric. Bocer. in tract. de quest. cap. 3. n. 34. Dn. Carpz. d. quest. 120. n. 43. usq. 48. Consentit etiam Speculator. in rit de præsumt. §. 2. vers. sed pone. Francisc. Brunus in d. tract. de Indic. & tort. quest. 3. i. part. 29. Rom. in l. i. S. hoc re scriptum ad Syllan. qui requirit, ut sit capitalis inimicitia, alias non procederet & Carer. in tract. Crim. in pr. n. 118. dicit necesse esse, ut cum inimicitia capitali fama mala concurrat. Jacob Schultes. in loc. comm. voc. inimicitia. n. 1. Procedit autem hoc tantum, quando unicus est Inimicus capitalis, nam quando accusator alios etiam inimicos habet, propter incertitudinem cessat Indicium. arg. l. duo sunt Titii. 30. de testam. tut. Bald. Conf. 78. col. 2. vers. dubitatur utram fama. vol. 3. quā hunc casum in terminis tradit. Schultes in Locis comm. dict. loc. Menoch. d. l. n. 52. 53. usq. 58.

## III. QUANDO IN DOMO SUSPECTI REPERIUNTUR RES SUSPECTÆ.

**Q**uæritur, an Indicium ad torturam faciat? Et Resp. quod sic; nam quando in ædibus venefice reperiuntur olla impletæ Unguentis magicis, bufonibus, aliisque Instrumentis magicis, vel reperiuntur Libri Magiæ vel Instrumentum obligacionis ab illa persona subscriptum, satis superque suspectus fit ille, in cuius domo reperiuntur illæ res, & hoc vult P. H. Q. art. 44. in verb. Oder mit solchen verdächtigen Dingen umbgehett. & ita utique Indicium ad torturam facit. Gödelm. d. l. 3. c. 10. n. 29. p. 110. Menoch. l. i. de præsumpt. quest. 89. n. 141. & l. 5. pres. 29. in tertio casu & pres. 30. d. libri. Binsf. in d. tr. de Indic. indic. 8. Carpzov. d. p. 3. quest. 122. n. 66. & Göhauf. in d. Process. contra Sagas. t. 2. in conclu. Indic. 7. p. 110. & quest. 12. p. 123. Idem etiam de aliis criminibus censendum, e. g. quando penes uxorem, vel illum, qui dicitur adulterium com-

commississe 'cum uxore alterius, reperiuntur illæzæ amatoria ita conceptæ, ut Judici. constare possit ex iis de confessione criminis. Menoch. l. 5. pres. 41. n. 39. Zang. c. 2. n. 212. Mascal. de præsumpt. vel l. concl. 64. n. 10. Carpzov. d. quest. 123. n. 71. Paris. Crim. 154. in fin. 4. Item quando penes aliquem talis moneta vel Instrumentum ad cudendas monetæ aptum fuit repertum. Zang. d. 6. 2. n. 226. Carpzov. d. l. n. 84. Idem etiam censendum de illo casu, quando res furtivæ reperiuntur penes aliquem, & illæ nullum probare possessionis titulum potest, & est persona mala fama. ex hac enim ratione in suspicionem cadit, l. 2. & 5. C. de furt. S. conceptus furtum vers. can enim. Infis. de oblig. qua ex delicto nascuntur. &c. & ita consequenter potest torqueri; Secundum P. H. Q. art. 38. in verb. So erfun den würde &c. & art. 43. in pr. So der Diebstahl bei dem Verdachten erfunden wird. Zang. d. c. 2. n. 176. in primis quando possessor res illæ incustodia habet lib. 2 Land Recht art. 35. die Handhabtie That ist, daß Er Dieberey oder Raub in seinen Gewehren hätte / da Er selbst den Schlüssel darzu trüge an seiner Seiten. Alex. Conf. 5. n. 2. & Conf. 50 n. 8. vol. 1. Grammat. Conf. 14. crim. n. 1 & 2. Jacob Schultz. in Loc. comm. verb. Furtum. n. 1. ubi multos Authores allegat. Aliud quaten est, quando quidem in ædibus alicuius reperiuntur res furtivæ sed non in detentione ac possessione Domini, & illa persona est bona famæ, tunc enim torqueri non potest. Mascal. vol. 2. Concl. 834. n. 5. & 9. Tiraq. in Tract. de pen. tempor. caus. 51. n. 131. vers. & quoniā de furto. Accurz. in l. Civile super verba faisse. C. de furtis Jacob Schultz. in Loc. comm. d. l. & voce fama. n. 1. per tot. vid. etiam de hacte Carpzov. d. p. 3. quest. 122. n. 39. & 33 + 6. Hæc de rebus. Hinc quæritur.

## IV. QUANDO REPERIUNTUR PERSONÆ MORTUÆ IN DOMO ALICUIUS, AN INDICUM AD TORTURAM FACIAT CONTRA DOMINUM DOMUS ILLIUS?

**H**æc questio affirmatur; e. g. quando reperta est mortua uxor in Lecto apud Maritum & antea non ægrotata fuit presumitur, occisa ab ipsome marito. l. i. S. si vir ad dñm. & d. si quis in prævi. 3. & maritus 2. ad Stulum Syl. ubi Rotham. & Johani. Igneus; in primis quando in corpore ipsius uxoris apparerent

recht signa suffocationis, maritus curavit uxorem ita mortuā sepeliri tempore noctis, & non adhibitis adhibendis in sepeliendis cadaveribus Christianorū, neq; luget ipsam, & quando constat maritū uxore ipsam odio habuisse, & quod consvererit ipsam afficere gravissimis verbis; Nam tunc si mortua reperitur, præsumitur ab ipso marito occisa, Boer. quæst. 261. n. 1. ex sententia Baldi, quem refert, Menoch. d. l. s. præsumt. 15. n. 5. uig. 9. Idem dicendum, quando maritus reperitur mortuus. Sic etiam quando socius alicujus reperitur mortuus in consocii domo, præsumitur a socio imperfectus, & eam ob causam cotitra illius Indicium ad torturam facit, si nempe non constat, aliam ob causam illam personam mortuam esse, vel ab alio homicidium fuisse perpetratum.

## V. DE DEPOSITIONE VULNERATI IN ARTICULO MORTIS, QVANDO NEMPE DICIT: HANC VEL ILLAM PERSONAM ESSE CAUSAM AEGROTA- TIONIS SIVE MORTIS ILLIUS

**Q**uæritur an Indicium ad Torturam faciat? Et Resp. iterum affirmativè per ea quæ tradit Goch. in Quæst. 14. p. 131. & Dn. Richt. p. 5. Cons. 7. n. 9. 10. 11. quod & vult P. H. O. art. 25. S. zum 6. So ein Verlechter oder Beschädiger aus ehlichen Ursachen jemand der Misserhat selbst zeuget / darauff stirbt / oder bey seinem Eyde beheuret ic. præfertim ubi alia quoq; adminicula concurrunt, fama publica, fuga &c. art. 27. & 28. Farin. quæst. 46. Menoch. cas. 47. n. 42. & præf. lib. 1. q. 89. n. 77. 81. 82. Althus. d. l. 3. c. 39. n. 20. Magnif. Dn. D. Richter. d.l. Hoc autem debet, in primis in criminе veneficii, cum grano salis intelligi non debet enim hæc accusatio oriç ex complicitia, cui propterea omnis fides derogatur, sed debet deponens rationes reddere, cur illam personam causam mortis illius esse putat; non sufficit enim dicere, hæc mulier beneficiis suis me interemit, nisi etiam probabiliter demonstretur, qualiter & quomodo interemerit, nisi & qualitates probentur. Bart. in l. 17. S. quæst. ratiōnē. ad l. Jul. de adulst. habebat ff. de infit. att. in primis, quia deponenti in propriā causa non creditur; l. 10. C. de testib. & l. 10. ff. eod. potest enim fieri, ut plurimum sit, ut morbus ejusmodi gravis & pecc.

periculus descendat ex naturali causa, unde periti Medici & Chirurgi consulendi sunt, quibus, cum iudicant morbum esse naturalis, magis credendum, quam morientis a vice aegroti confirmationem, pertinacæq; instabili & periculosa; & hoc ivadet O.C. 27. 6. in verbis: Ob die Misserhat darum Er berüchtigt / dicht beheben sey oder nicht. &c. Nam etsi nemo in articulo mortis immemor Salutis esse, vel mendacia deponere præsumatur, tamen semper morienti non credendum, nisi & potuerit probari. l. 3. S. 1. ff. ad SCUM Syllan. imd & hoc apud JCTos tritum est Provetbiūm, non omnem morientem esse D. Johannem Evangelistam, vñd. Menoch. l. s. præf. 5. n. 19. Gödelm. d. l. 3. c. 9. n. 25. 26. 27. uig. 31. pag. 97. 98. Carpzov. p. 3. quæst. 120. n. 50 & seqq. Göh. d. quæst. p. 132. 133. & seqq. & Sichard. in Avth. sed novo Ture. l. 3. C. de Serv. fugitivo. Jacob. Schult. in Los. comm. vocab. Vulnus. n. 2. in pr. & med.

## VI. SI QVIS PRIUS PAUPER FUERIT, ET IS PRÆTER SOLITUM PECUNIAM EXPENDERIT, NEC CONSET UNDE HABEAT

**Q**uæritur, an hoc Indicium ad torturam faciat? Et iterum respondeatur affirmativè; Consentit nobiscum Bart. & Salicet, in l. fin. de quæst. Brunus in tract. de Indicis part. 1. s. cir 643. n. 5. Gometz. comim. Jur. civil. tom. 3. c. 13. de tortura Reorum. mult. 13. in primis quando concurrit fama publica. Gomez. art. 10. Hipp de Marfil. in pr. crim. S. diligenter. n. 19. Clar. in præf. crim. quæst. 1. n. 1. Hippol. Bonacoss. in Commun. opinion. Crim. part. 2. in verbis Indicium facit fama publica. & hoc expresse statuitur in P. H. O. art. 43. ubi dicitur: wenn jemand verdacht einer Diebereyheitdet nach der That mit seinem ausgeben reichlicher befunden wird/ denn sonst sein Verdögen/ und nicht andere gute Ursach anzeigen/ und ohne sich Geld und Guth herkommen/ Ist es denn eine solche Person zu der man sich der Misserhat versiehet/ so ist eine redliche Anzeigung des Misshandlung wieder Sie vorhanden. Carpzov. d. p. 3. quæst. 122. n. 49. Debet autem liquidò constare, delictum esse comitissimum, propter quod Index inquirere vel torquere intendit, alias non potest procedere ad torturam, in qua de irreparibili præjudicio agitur. text. & ibi Bart.

in l. 1. §. item illud ad Syllan. Bossius ab initio sui Tractat. crim. n. 1. In dubio enim quilibet præsumitur industrius l. 10. ibique Bl. C. arbitr. tut. Malcard. da prob. Concil. 1392. n. 9. Magnif. Dn. Richter. p. 6. Conf. 3. n. 3. 10. 12. 13. & 14. Et hoc maxime procedit in furto latrocinio &c.

Quæritur autem quid de illo casu censendum, quando suspecti beneficii divites fiunt, num Indicium ad torturam faciat? Et respondetur, quod non, nisi alia adminicula concurrant; Hoc quidem certum est, Sagas permissione Dei suā arte etiam hoc perficere posse, quō lucrum secum contrahentis adipiscantur. Chirland. de Soratileg. quest. 6. n. 13. Interim tamen non sequitur, quod statim sit Indicium ad torturam, quilibet enim præsumitur dives fieri posse, Aretin. in L. fructus. 7. §. 1. in fin. ff. solut. matrim. & Natura reddit homines rationis compotes solertes & industrios, ut in futurum acquirant l. pen. C. an Serv. ex suo facto. Et hoc maxime procedit ubi apparet de industria acquirentis. Gambs. in th. c. 42. axiomat. lit. F. Omnis labor optat præmium & operarius est dignus mercede sua c. quicunq. 4. quest. 12. Dicitur autem ratio naturalis, ne quis fraudetur suis laboribus, sed ut præcipuum sibi habeat, quod suā industria suoq; sudore lucratur. l. 6. §. 1. ff. de Jure Dot. Regner. Sixtin. 2. Conf. Marburg. 14. n. 120. Seu potius justum est, ut unicuique labor suis proficiat. Cassiodor. lib. 2. var. Epist. 33. Naturale enim quod est, manus præsumimus, quam quod accidentale. Klock. Conf. 132. n. 76. Immò delictum non debet in dubio facile præsumi, & ideo actus, qui potest sonare in delictum & non delictum, semper interpretatur, ut absit delictum. l. 51. ff. pro Soc. L. 4. §. docere 12. ff. de vi bon. raptor. Klock. Conf. 197. n. 16.

## VII. DE ACCLAMATIONE PRO AUXILIO

Quæritur, an Indicium faciat ad torturam contra illum, qui domo alicujus exiit cum gladio vel alijs armis, postquam antea audita fuit puella vel quis alius, succurrere, succurrere, & inde in domo mulier reperitur stuprata, aut homo vulneratus? Et respondetur quod sic; Haec enim vociferationes & acclamations si exire domo visus fuit, hoc efficiunt. Bald. ad L. ult. C. de pre-

probat. Brunus in Tr. de Indiciis. part. I. vers. item pone. Et Cicerius in Pract. crim. p. 54. in 22. Indic. & p. 55. in 22. Indic. Jacob. Menoch. de præl. lib. 1. præf. 89 n. 119.

## VIII. QUÆRITUR, AN INDICIUM AD TORTURAM FACIAT IN PUNCTO INFANTICIDI, EXPOSITIONIS INFANTIS &c. QVANDO IN MAMMIS SUSPECTÆ LAC REPERITUR, ITA, UT EX UBERIBUS ADHUC PROFLUAT?

Affirmatur, secundum art. 36. P. H. O. in verb. Wo aber das Kindlein so kirchlich eröffnet worden ist / daß der Mutter die Milch in Brüsten noch nicht versangen; & hoc est signum puerperæ quod natura ipsa demonstrat, ut apud Lilium Gregorium Gyraldum in Symbolorum Pythagora Commentariis reperitur. vid. Menoch. l. 1. quest. 7. n. 24. & quest. 3. n. 3. Debent autem alia adminicula concurrere, quadam enim personæ, quæ grævidæ non fuerunt, nec pepererunt, reperfuntur, quæ lac in mammis habent, quod non solum virginibus, sed etiam viris accidere potest, ut ex Horstii tractat. de corpore hum. man. lib. 1. Ex. 7. quest. 8 adducit Exemplum de Barone Matth. Stephanus in Notis ad dictum articol. 36. vide etiam Carpzoy. d. part. 3. quest. 122. n. 23. & Hippocrat. in s. nephritis oram, in 39. a. phorif. & ibidem Galenus, qui dicit, quod fieri possit, ut mulier habens lac in mammis eti non conceperit, fecundilla, cui menstrua non fluunt. Paris. Conf. 29. n. 48. l. 2. Menoch. d. 1. Sic Alenina è vero tantum lactis edendum vides, ut inde confessus sit Casenus. Talem in Anglia hospitem habuit Joh. Rhodium, & Calabrum norit Santorellus, qui uxore mortua, sicut præ inopia nutricem conducere non posset, suò lacte præsumptum alibi ad Stephan. Carpzoy. d. l. n. 24.

## IX. QUÆRITUR, AN IN CRIMINE INFANTICIDI, ABORTIVIS, EXPOSITIONIS INFANTUM &c. INDICIUM AD TORTURAM FACIAT, QVANDO UTERUS SUSPECTÆ SUCCESSIVE INTUMESCIT, ET ILLA MOX MACRA ET LIVIDA EXISTIT?

Resp.

**R**esp. simili modo quod sic; presumitur enim Infantem occidisse, quando nullus Infans reperitur. & hoc vult O. C. art. 35. So man eine Dirne/ so für eine Jungfrau gehet / in Argwohn hat / daß Sie heimlich ein Kind gehabt / und erödret habe / soll man sich sonderlich erkunden / ob Sie mit einem großen ungewöhnlichen Leibe geschen worden sey; Mehr: ob Ihr der Leib kleiner worden / und dar nach bleich und schwach gewesen sey ic. Carpzov. d. p. 3. quest. 122. n. 19. 20. 21. Idem censendum in crimine abortus, & expositionis infantium, suspecta enim persona simili ex ratione potest torqueri, in primis quando suspecta sapè negavit, se gravidam esse, partum in utero celavit, infantemq; sola enixa est. Magnif. Dn. D. Richter part. 5. Cons. 5. n. 4. & suspecta est talis persona, in quam hæc suspicio cadere potest. P. H. D. art. 35. wo denn die Dirne &c. & ab obstetricibus & matronis honestis & peritis tacta, inspectaque perisse deprehenditur. in verb. art. 35. soll die durch verständige Frauen &c. Joh. Zang. d. c. 2. n. 168. maximè si mediante juramento deposuerint. Jacob. Schultes in addit. ad Medest. Pistor. part. 3. quest. 130. n. 78. & p. 4. quest. 143. n. 11. Carpzov. d. l. & hæc inspectio maxime necessaria est; potest enim hic tumor ex ægrotatione oriri, uti hac de re testantur Medici, & paucos ante annos Exemplum in uxore. H. L. zu M. que propter magnum uterum Scortationis ante nuptias commisso accusabatur, postea vero ægrotata reperiatur, contigit.

## CAPUT III.

### De Indiciis, quæ præter enumerata communia Indicia cujusdam delicti propria sunt.

Expositis nimurum illis Indiciis, quæ in omnibus delictis communia sunt; Consequens est, ut transgrediamur ad trattationem specialiorum Indiciorum. Ideo ponimus.

I. IN-

## I. INDICIA IN CRIMINE VENEFICI.

**P**rimum Indicium ad Torturam est, quando suspecta persona beneficii ad tradendum docendumque alios incantationes se offert, & hoc vult P. H. D. art. 44. ver. So sich jemand erbeut andere Menschen Zauberer zu lernen / Plerumque enim Magi & beneficæ suos liberos, aliosque in arte sua diabolica instituunt, dicuntque: Du laufest und rennest / und erwirbst doch nichts / so du mir nur folgen wilst/will ich dich was lernen/dass du dein Leben genug hast. Gödelm. d. l. 3. c. 10. v. B. p. 106. Carpzov. d. l. 3. quest. 122. n. 62.

**S**ecundum Indicium ad Torturam est Invocatio Diaboli, facta cum objuratione ad eximenda maleficia & res perditas, quis suffiratus sit, aut ubi recondita sint, manifestandas. Delrio. lib. 6. c. 2. per tot. Göhaus. d. Process. tit. 2. in concl. pag. 110. Indic. 7. vel quando vetula utuntur verbis suspectis e.g. zum Segen sprechen ic. si mala fama concurrit, & hoc svadere videtur P. H. D. art. 44. ibi: oder mit verdächtigen Worten ümbgehet/und dieselbe Person der Zauberer berüchtigt/ das giebt eine Anzeigung zur Zauberer/ Gödelmann. d. l. 3. c. 10. n. 26. p. 110. Idem fermè dicendum de illo homine, qui Diaboli nomen semper ore effutit, aut pueros proprios vel alienos, aut etiam animalia, in Diaboli nomine execrari solitus; Unde & Binsfeld. int. fin. de Indic. Indic. II. C. de Malef. & Mathem. dicit: quod si mala fama concurrat, in crimen beneficij hoc Indicium ad torturam sit.

**T**ertiò. De Dracone volante queritur, an Indicium ad Torturam faciat contra illum, cuius ædificiis incubet Draco volans. Et Resp. quod non. Est enim Draco volans fumus crassior & productior propter levitatem sursum tendens mox à frigida nube repellitur, repercussus autem incurvatur & ita accensus refert ignei serpentis figuram, & videtur scintillas ardentes ex ore revomeré, quia partes subtiliores continet resolvuntur. Michael Zanard. Univers. Element. part. 3. quest. 4. p. 195. Scharff. part. spec. Phys. lib. 4. c. 2. pag. 105. & 106. vel uti sentit Autor Systemat. Phys. Gorham. Lib. 3. part. spec. c. 2. n. 32. est exhalatio pinguis & copiosa accentuata que dorsum

deorum oblique cadit & nubibus similitudinem habens veri Drac-  
onis in aere circumvolantem; & ideo ex naturalibus causis procedit;  
Imo dicitur. Autor system. Phys. Galba. d. l. 3. c. 2. in Axiomatib. Axiom.  
7. p. 312. quod Drac volans naturaliter etiam adificiis eorumq; tediis in-  
cubare posse, quo accedit, quod aer circa ades suu temperator & calidior,  
ad quem propter cognitionem facilius tendat hoc Metereon. Hec ex  
Scholis Physicorum. Et licet Diabelus sese huic Draconi na-  
turali interdum immitisceat, vel se ita transformet, eamq; ob cau-  
sam adificiis aliquis incubet, Indicium tamen cessantibus aliis  
adminiculis, contra illum, cuius adificiis se introposuit, facere nequit,  
cum ut supra dictum, hoc etiam naturaliter fieri possit; Præterea  
nemo inficias ibit, quemadmodum ipsa Experiencia, Magistra re-  
turn, docet, quod Diabolus in forma Draconis volantis etiam ad-  
ificiis hominis boote famæ infederit, res illius furnipuerit, & aliis de  
veneficio suspectis attulerit; Et si huic assertione sit subscriptum,  
atque ex eo solo, quod Draconem adibus cuiusdam alias bonæ fa-  
mæ evolantem & involantem quis viderit, contra Dominum 2.  
dium statim ad inquisitionem & torturam procedendum, sane ini-  
quissima inde evenirent, & facile fieri posset, ut Judices diabolica-  
hac illusione seducti aberrerent in judicando, & etiam justissimum &  
medio tollant: Non enim nescii sumus, Diabolum variis & mille  
modis perniciem Piorum machinari, ejusque ingenium esse, sanctos,  
eorumque facta coram Deo & hominibus calumniari. Brentius in  
Johannem Hom. 52. fol. 256. Hinc etiam Salvator noster illum recte  
Mendacem & homicidiam appellat. Quod cum certius, eò cautio-  
res Judices esse debent, & quo graviora sunt crimina, eò magis pro-  
videndum, ne quid contra Jus & justiciam committatur, aut facile  
innocens condemnetur. l. 1. s. 5. f. de Carban. Edit. Indicium si-  
quidem haud potest facere sufficiens id, quod in contrarium fre-  
quenter & faciliter contingit. Philipp. Corneus vol. 3. Conf. 277. n. 5.

Quarto. De stigmatibus quæritur quid sentien-  
dum? Antequam questionem ipsam aggrediamur, lubet explicare;  
quid sint stigmata. Erant autem olim notæ publicæ, quibus cogni-  
pungebantur brachia fabricensum, ad imitationem tyronum. L. 2. p.  
C. defabricens. Alius Amidenus lib. 3. c. 12. Sic manu etiam signari  
scenarios ostendit L. pen. C. de aquaduct. Erant & stigmata. Non  
Pun-

Puncta servis inusta, l. 2. C. de serv. fugitiu. & Cicero off. lib. 3. c. 12.  
p. mibi 107. Thracem compunctum notis Thraciæ dixit; & infames talibus  
stigmatibus notabantur, ut quilibet illos cognoscere possit. Hinc  
stigmata etiam Infamia nota vocabantur. Petr. Gregor. Lib. 31. cap.  
34. in Syntagma. vid. ulterius l. ult. C. de Sportul. Lev. 19. 27. 28.  
Deut. 14. 1. 2. 3. Maccab. 2. 29. Gal. 6. vers. 17. l. quasitum de ruffib. l. 1.  
G. 1. de calumniatoribus. quæ postea prohibita. l. 17. C. de pena. Althus.  
in Dicæolog. l. 1. c. 98. §. 63. n. 255. in allegat. Carpzov. part. 3. quest.  
129. n. 9. 10. 11. Sed de his acceptionibus huc sermo non est, de illa  
tautum oritur quæstio, quando suspecta persona veneficii stigma in  
corpo habet, (uti nuperrim in Ducali Prefectur a. Ex his sedet in accu-  
sata veneficii. & in humero dextro tale stigma repertum fuit ) an Indi-  
cium ad torturam faciat? Multi sunt, qui affirmant, esse stigmata  
quædam post Aures vel anteriori frontis parte Sagarum, inter quos  
est Trisculanus quidam, recensente Bodino l. 4. c. 4. sub fin. qui dixit:  
Magis impressum esse Signum, quasi vestigium Leporis, cui quamvis ad offi-  
ciis indatur acus, locum tamen sensus expertem esse, nec sanguinem minir-  
mum elicuisse ( de quo ait Remig. in Dæmonolatr. lib. 1. c. 5. ) & hoc  
Indicio se plurimos magos patetuisse. Et ex his indiciis firmissimam pre-  
sumptionem esse, & cum aliis sufficientem, ut procedatur ad condemnatio-  
nem dicit Bodinus; addit autem: Ego tamen inquiens, cum Danæus ( in  
suo Dialogo von den Zauberern cap. 4. ) sentio; principes quoque Magos  
carere signo, ut illud habent loco tam abito, ut eos per hoc derigi diffi-  
cilius sit. Nam à Valecjo quodam nobilis viro accepi, quodam à Diabo-  
lo sub palpebrarum altera, quosdam ex uno ex labio, quosdam in podice  
( Unde etiam putat Danæus inter alia s. causas hanc esse unam, quod  
& torquendis omnes pili etiam in pudendis abraderentur ) obsi-  
gnari; Danæus vero putavit, Satanam iis tantum Notam inure-  
re, quos metuit pastum suum deserturos, aliis vero quos constan-  
tes esse sperat, non item; In viris tamen Notam ejusmodi appare-  
re, ut plurimum in dextro humero, inter labia, in palpebris, non  
nullis in sede, ut non facile revelentur; In foeminis ad femur, sub  
axillis aut genitalibus. vide etiam Damhoud. præc. crim. c. 61. n. 134.  
Berlich. p. 4. concl. 4. n. 153. 154. & Gödelmann. d. l. 3. c. 3. n. 26. 27.

Sed huic sententiæ tam simpliciter ad stipulari non possumus;  
potest enim aliquis per vulnus Cicatricem, & per impurum  
fengivio

sanguinis ulcus & signum Leporis & bufovis pedis & simile accipere ; ita ut injustum sit , ex talibus dubiis , absurdis & frivolis signis , ad torturam procedere . Binsfeld . Indic . 14 . Delrio . l . 5 . sect . 4 . § . 28 . Gödelm . d . l . n . 28 .

Aliud autem est , quando tale stigma est inconvenitum , & insensibile , ita ut cum naturali ratione non conveniat , tunc saltim mala fama oritur ; Quando verò denominatio Socii criminis & alia adminicula concurrunt , tunc dubium non est , ad torturam procedi posse , aliter autem non . vid . Göhaus . d . t . 2 . inconclus . p . 111 . & 112 . qui autem d . l . monitionem & modum cognoscendi stigma adducit , nempe : quia beneficæ fingere dolorem possint , etiam quem non sentiant , ideo iudices , cum stigma jubeant acu & pugilculo pungere , id tamè cautè observare debere , ut striges non avertant , sed si tale stigma inquirere velint ; prius strigum oculos obtegant , ac tamè simulent quasi pungant ; quod si striges nihilominus humeros contrahant , ac tanquam pungerentur , se dolores sentire fingant , vel ex hoc solo suspicionem augeri Idem Autor putat .

## II. DE INDICIIS IN CRIMINE HOMICIDII.

I. Quæritur , an effluxio sanguinis è corpore mortui in præsentia accusati homicidæ Indicium ad torturam faciat ? Multi hanc affirmant questionem , ita ut per se sit Indicium sufficiens ad torturam , inter quos referri possunt Menoch . d . pref . 89 . n . 128 . & cas . 270 . n . 16 . 17 . lib . 2 . cent . 3 . arbitr . iud . quest . Boer . quaff . 166 . n . 1 . cum seqq . Jacob . Novell . in Reg . 184 . Nicolaus Florentinus sermon . 5 . tract . 1 . c . 6 . qui dixit : quod suo tempore sanguis emanaverit in præsencia homicide è cadavere mortui , quam ob causam comprehensus , tortus , confessus , & ad mortem condemnatus fuerit . vid . porro Farinac . quest . 53 . n . 154 . & seqq . Mascard . de prob . vol . 2 . concl . 868 . n . 24 . & Althus . L . 3 . c . 39 . n . 50 . Rursus non desunt , qui tunc demum affirmativæ subscribunt ; si neimpè plura Indicia concurrant , vid . Hieron . Treutl . select . Disput . vol . 2 . Disp . 4 . th . 7 . lit . E . quem sequitur alius recentior , qui in Scabinatu sèpè hoc modo pronunciatum fuisse testatur : Ob gleich der Ermordete /als N.N. bey Jhn kommen/ zu bluten angefangen /so ist doch in mangelung anderer Indicien nichts wider N. N. vorzunehmen . Quæ sententia quidem videtur verior priori ;

Sed

Sed ( salvo aliorum Judicio ) nos putamus , quod negativa decisio eligenda sit , & planè nullum Indicium neque ad capturam neq ; torturam faciat , neque etiam ut inhabile signum cum aliis Indiciis ullo modo conjungi possit . Ratio nostra est , quia ad torturam requiruntur in Jure nostro verisimilia & probabilia Indicia . L . 8 . § . 9 . reportet . C . de quest . ut sunt ea , quæ naturæ convenient ; Illa enim dicuntur naturæ convenire , quæ rem , de qua agitur , arguunt , & probant naturaliter , ut evincitur ex Lege 3 . C . d . t . Verum hoc , de quo jàm agimus Indicium non congruit naturæ , quippe cum mortuorum cadaveribus nulla vis insit , quæ egerere sanguinem possit . Joan . Avenar . in Nom . Polit . quest . sesquicent . quest . 99 . p . 171 . & in duobus melius est impunitum relinquerè nocentem , quam condemnare innocentem . l . absentem ff . de pénis . Insuper istud Indicium , de quo loquimur , nullò Jure vel causa , quæ juridicè concludit , nobis constat , & ne illum verbum in art . 33 . P . H . Q . ubi de Indiciis homicidii agitur , reperitur . E . non valet . Ideo Anton Gomez . var . Resolut . t . 3 . c . 13 . n . 15 . fol . 562 . rectè inquit : Indicium hoc nobis esse incertissimum , quia ex causis nobis incognitu & valde remotis procedit ; cum quo consentit Mars . in pr . crim . 8 . diligent er . n . 81 . Fieri quidem potest , ut sanguis , qui in venis delituit , agitato motoque corpore & venarum oris referatis erumpat , quemadmodum & boves , & tauri , post Lanienam laquearibus adfixi , solum atque pavimentum sanguinis stillicidio cruentant . Lemn . Lib . 2 . de occulti . nat . mirac . c . 7 . Posito etiam ; quod unum vel alterum Exemplum produci possit : verum , cum sint ea rara , & causa , quid nimurum sanguis emanans denotet , valde dubia ; idcirco ex stillatione sanguinis probatio vel saltem præsumtio induci nequit , multò minus homo ex talibus levigulis Indiciis questioni tradendus , uti rectè censem Anton . Gomez . & Avenar . dd . loc . Zang . de Quest . & tortur . c . 2 . n . 160 . Anton . Theffaur . decis . 63 . per tot Theod . Disput . crim . 9 . th . 9 . Et hoc observarunt Scabini nostri Jenenses Anno 1663 . in causa contra H . R . zu S . und Consorten .

2 . Quaritur , quando homicidium perpetratum fuit , an contra illum Indicium ad torturam faciat , cuius vestimenta & alias res sanguine maculatae sunt ? Et Resp . affirmative , secundum Menoch . l . 1 . pref . 89 . n . 117 . & 135 . Zang . d . tr . c . 2 . n . III . & hoc

hoc vult P. H. O. art. 33. ibi: Item, so der Geflagte des Mordts Halber &c. Carpzov. d. p. 3. quest. 122. n. 2. Althus. d. l. 3. c. 39. n. 30. Magnif. Dn. D. Richter part 5. Conf. 7. n. 7. nisi contrarium probare possit. P. H. O. art. 33. in fin. Et könnte denn solchen Verdacht. Zang. d. tr. c. 2. n. 154. Carpzov. quest. 121. p. 3. n. 6. 7. 8.

Alias præsumptiones, per quas possit probari homicidium, vide apud Marc. Anton. Blanc. in tractat. de Indiciis, ubi à numero 67. usq; ad 409. colligit omnia Indicia ad hoc crimen pertinentia. Confer. etiam Menoch. de arb. Judic. quest. caſ. 361.

### III. INDICIA IN CRIMINE ADULTERII.

**P**rimum est, & quidem contra uxorem, quando maritus elapso jām anno absfuit, & domum reversus reperit uxorem prægnantem. Gloss. & Canon. in c. dixit 32. q. 1. Felin. in c. preterea n. 3. X. de testibus. Carpzov. p. 3. quest. 122. n. 24. ex ipso enim natura oritur hæc præsumtio, quæ urgens adeò est, ut dici debeat probatio concludens, quæ operari deberet, ut non solum mulier perdere debeat dotem, sed etiam puniri possit Legis Juliae de adulteriis poena. Menoch. l. 5. præf. 41. n. 5. 6.

**S**ecundum Indicium commissi adulterii est adversus eum, cui à marito ter denunciatum est, ne cum ejus uxore esset, eamque alloqueretur, & tamen deinde comperit eam alloquenter. §. huī itaq; in Avth. ut liceat matri vel avia, de quo delumpta est Avth. si quis ei. C. ad L. Iul. de Adulteriis. Speculat. Tit. de præf. S. species n. 4. Menoch. de præsumt. lib. 5. præf. 41. n. 9. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1228. n. 44.

**T**ertium Indicium est, quando Uxor alicujus grava facta fuit, & constat, maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse, propter infirmitatem intervenientem, vel aliam causam, vel si ea valetudine paterfamilias fuit, ut generare non possit; unde etiam ille qui in domo natus est, pro filio patrisfamilias non habetur. L. filium 6. ff. de huī qui sui vel alieni Juris. Magnif. Dn. Præses. Exerc. 3. tb. 44. & per consequens contra uxorem indicium commissi adulterii oritur. Bocer. in tract. de Adult. c. 4. n. 7. Carpzov. d. quest. 122. n. 73.

### TANTUM DE INDICIIS.

**A**ntequam Disputationem nostram finiamus, necessarium erit promissis nostris pro viribus satis facere, & Quæstionem illam de proba per aquam frigidam Sagarum Bon det Wässer Proba vel Hæc quæ pluribus in Locis ab usu recessit, decidere.

Ante omnia autem modum illius adducere lubet. Solebat enim sic fieri: Quando aliquæ personæ famâ vel aliorum testimoniis depositione pro Suspectis beneficij habebantur, eæ statim absque ulteriori inquisitione capiebantur, captæque extra urbem sive pagum deducebantur, & si aquam frigidam transverse ita conjiciebantur, ut dextræ manus pollex sinistri pedis magno digito, sinistræ verò manus pollex dextrō pedis magno digito efficit alligata, quas super natantes Judices statim de crimine beneficij valde suspectas judicabant, & idcirco duriori quæstioni subjiciebant; Si verò submergerentur, innocentes esse credebant. Et hic modus quibusdam in Locis adhuc observatur. vid. Gödlem. in Respons. ad N. Secretarium Civitat. Westphal. & in tr. lib. 3. c. 5. n. 1. Göhaus in decis. quæstion. 1. p. 7. & 8. Zieritz. ad Conf. crim. art. 20. Besold. in The-jaur. pract. roce Wässer Urtheil/ Wasserproub. Bocer. in tr. de tort. & quæst. reor. c. 3. n. 101. Heinsius in Dissert. de prob. per aq. & ignem. p. 16.

Quæritur autem, an illa proba sit licita? Negatur sequentibus ex rationibus. (1.) quia neque in Sacro (in primis Dext. 21.) neque Cæsaris Codice hanc probam approbatam legitimus, sed Legibus & Patrum Sancitis adversatur. arg. leg. ult. C. de probat. & c. consuliisti 2. quest. 4. (2.) quia species idololatriæ est, veritatem ab Elemento aquæ exquirere, & idolum in ea sibi fabricare. (3.) quoniam superstitionis est inventum & diabolico instinctu excogitatum, Damhoud. prax. crim. c. 43. per quod innocens sèpè condemnatur. arg. c. significantib. de purg. vulg. & cap. saris perversum, disinct. 56. Andr. Alciatus in Compend. Judic. Process. Hottmann. de Jure feud. c. 44. Borcholt. de Feud. c. 7. n. 52. (4.) accedit, quod purgatio aquæ frigidæ inter Judicia peregrina & ad innocentiam probandam insufficiens rescriptum refertur; Sic Lucius III. Pontif. Rom. cuidam sufficientissima refertur. c. Mennam. 2. quest. 5. & arg. c. Monomachus 2. q. 4. & dd. Authores ad. loci. (5.) quia nulla probabilitatio ne.

ne aut fundamentores illa tanti præjudicli nititur, Hieron. Treutler. *Disp. select. vol. 2. Disp. 4. lib. 7. lit. c.* & insuper (7.) fallibilis est. Arumæus. *Exercit. Justin. 30. lib. 14.* Unde etiam Lotharium Imperatorem in Lomb. *Jure lib. 2. tit. 54. §. 31.* hanc probam tanquam improbatam explorationē nominatim sustulisse legimus; Quem sequuntur multi Theologi, Juris Consulti, Medici & Philosophi; inter quos sunt M. Ludov. Dundee. in *Caſibus Conſcientiae Tit. vom Gött.ſchen Geſetz. Sect. 1. queſt. 40. pag. 260. & 261.* Juris consulti Marpurgenses apud Dedeckennum *vol. 2. Thesaur. Conſilior. Sect. 19. Tit. von Zauberer und derselben Straff.* Euvichius Medicus Bremensis in *suo Tract. von den Hexen fol. 35. & 41.* Bodin, *de Demonolog. lib. 4. c. 4.* Wierus, Neuyvaldus, Lerchemer, Otto Melander in *Proceſſ contra Sagas queſt. 4. fin. aliique, Hancq; Doctorum communem ſententiam approbant etiam omnes Facultates Juridicæ in Academiis Germanicis, & Novissimi Doctores. vid. Carpzov. part. 3. queſt. 122. n. 69. & Besold. d. l.* Ideò à comuni ſententia in judicando & respondingo haudquaquam eſt recedendum. *L. 1. vers. & fanè crebrior. de off. queſt. Gödelm. d. l. 3. c. 5. n. 26. 27. 28.* & qui contra hanc ſententiam iſtā exploratione diabolicā utuntur, non aliter quam si aliquem iuſtē in carcerem conjeſſent, actione injuriarum convéniri poſſunt. Gödelm. *d. l. n. 35.* Quæritur autem quid faciendum, quando Sagæ ſe ipſas huic probæ offerunt, an illud faciendum? Et ſimili modo negatur, Judices namque iſti, qui ad ſolas muliercularum importunas preces, ipſas aqua tentant, præcipitanter agunt ac peccant, & quide[m] mortaliter. Solet quippe Diabolus ſæpè Sagis promittere ſe illas liberaturum & in ipſis aquis famam vitamque earum adſervaturum eſſe, quod verò rarifimè ſervat, Interim tamen homines in ſuperſtitione hāc retinet, uti recte obſervarunt JCTi Marpurgenses apud Dedeckennum *d. l. vid. etiam Delrio d. tr. lib. 4. c. 4. queſt. 5. Sect. 3. circa fin. & Idem d. l. 4. c. 2. queſt. 5. Göhaus. d. queſt. 1. p. 23. 24. 25.*

Nec officit I. Exemplum, *Num. 5. ver. 12. & seqq.* quod quidam diſtentientes (vid. Seld. in *Jano Angl. lib. 2. fol. 115.* Potan. *lib. 6. Orig. Fr. f. 519.* & Zuinger. in *theatr. vit. hum. vol. 3. lib. 4. fol. 363.* A.) ad ſtabiliendam ſententiam iſtius Explorationis adducunt. Nam (1.) foeminæ iſtæ non de yeneficio, ſed de adulterio erant ſuceptæ, (2.) illarum

viri talia crimina indicabant. (3.) non capiebaſit (4.) non ducebantur ad rivos, ſed ad Templum, ubi Maritos pro illis libare oportebat; (5.) tantum paſkillum aquæ in vase fictili cum pulvere ē ſolo tabernaculi mixtum ſumebatur, & in foeminas mittebatur, non verò transversè in aquam ejiciebantur. (6.) non erat aqua communis, ſed sancta & amara. (7.) non ligabantur manus & pedes illarum, ſed diſcooperiebantur capita iſtarum. (8.) illa non natare, ſed tantum ſi reæ eſſent, putrefacere femora & uteri iſtarum intumescere deſebant (9.) hoc non perficiebat Carnifex, ſed Sacerdos (10.) hic tantum apud Israelitas adulteræ coarguenda certus quidam Moſi divinitus traditus erat modus, qui noſtro temporis nunc recte non aptabitur; quis enim neſcit, populum illum hac de re à Deo ſpecialē habuiſſe mandatum, Politie illi Mofaicæ, ubi supremus in Republica Princeps & Judex ipſe extitit Jehova, magis accommodatum, quam praefenti noſtræ Reipublicæ formæ, ſtatuiq[ue] ubi leges illæ planè ſunt ſublate, nec ita immediate amplius in cauſis dubiis decernit Deus, uti antiquitus in populo Israelitico:

I. Non obſtat, quando Diſtentientes dicunt, hanc probam per veteratam conſvetudinem eſſe approbatam. Resp. enim (a) quod non ſit universalis, ideoque non omnibus in locis fiat, (b) quod non ſit approbata pro æquitate, ſed contra illam, cum tamen requiratur, ut ſit eine wohlhergebrachte/rechtmäßige und billiche Gewohnheit Schneidovv. *ad l. 1. Tit. 2. Inſtit. de J. N. G. & C. §. ex non scripto. n. 4.* Carol. V. in *Proœm. Conſtit. crim. in fin.* (c.) quod illud, quod ab initio eſt vitiosum, per longi temporis conſvetudinem non poſſit fieri licitū. Et (d) quod illud, quod non ratione introducūt, ſed errore priūm, deinde conſvetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtineat; & quod conſvetudo, qua ratione caret fruſtra allegetur: imò tanquam beluina ferocia & pernicioſa corruptela deteſtanda fugiendaque ſit. *l. 39. ff. de Legibus c. mala cum 2. ſeqq. diſtinct. 8.* quod de hac proba recte dici poſſe conſirmant Otto Meland. in *Proceſſ contra Sagas c. 4. in fin.* Bocer. in *d. tract. de queſt. & tore. c. 3. fol. 261.* Damhoudi. in *prax. crimin. c. 43.* Heinsius in *Disp. de proba per ignem & aq. fol. 10.*

III. Non reſiſtunt dictis, Scribonii Ramistæ tūm in *sua Physiolog. fol. 115. & 139.* tūm in *Epiſt. ad Lemgorienses;* aliorumque illius

illius affectarum; Goclenii, &c. rationes & Exempla (4) quod nemp̄ veneficas conjectae in aquam non submergantur propter exutam veri hominis proprietatem & assuntam levem naturam in corpore Sagarum, & quidem Satanicam; quamvis magna superiecta gestet pondus. vid. Annot. ad. Diff. utr. th. penult. unde etiam fiat, quod Sagas propter levitatem brevissimo temporis Spacio, una nocte innumera peragrent millaria (6) quod naturalis sit ars inter aquam & veneficas, uti inter homicidam & corpus occisi, ita ut nolit aqua Sagas in alveum recipere, quia Baptismo abuse fuissent, (3.) quod Scribonius per ipsam visionem & Exempla expertus sit, nullas Sagas posse submergi, nec contraria Exempla produci possint.

Ad 1. enim Resp. Negando: Quis etiam ita extitit absurdus, qui veneficas etiam post ictum cum Diabolo foedus, eorum & armati rationalem, res sc. ipsam hominis constituentes substantiam retinere unquam negare fuerit aitus? etiam quodammodo, vel in totum etiam qualitates mutent priores. sic enim filius & calor in aqua non tollit ejusdem humiditatem; ita nec hominis vel pietas vel impietas, corporis tollit gravitatem; Deinde illud non Sagarum levitati, quando intra breve temporis spacium tot innumera peragrant millaria, sed Daemonis tribuendum est potestatis, qui non tantum veneficas, sed & cum illis homines alias Magiae prorsus ignaros, ad Magorum Conventus tantum ducere exportare, solet velocitate. Heinsius in d. Dis. p. 20.

Ad 2. dicimus, quemadmodum supra negavimus Effluxio, hem sangvinis è corpore mortui in praesentia homicidae tanquam Indicium incertissimum; ita negamus simile fundamentum, quo nituntur dissentientes; Insuper Baptismi usus tantum post Christum natum caput; & ista contumelia sc. abusus Baptismi, tantum in Deum, cuius foedus violatur, non verò in Creaturam inanimatam redundat. Imò hoc si verum, tūm non omnem in aquam redundaret, sed in sacramentalem solum. Jac. Britannia Rex in Dictionario, saec. lib. 3. t. 6. f. 189; Heins. & Gödelm. dd. loc. Göhaus. d. quæst. 1. pag. 16. 17. 18. & seqq. ubi alias objectiones refutat.

Quod ratiōne tertio lodo adductam visionem & Exempla Scribonii, Resp. quod quidem permittente Deo ex potestate Dis-

bo-

boli interdum fieri poterit; aliquam submersi. Secundum nequevisse, uti paucos aut annos accusata veneficae protulit ex vinculis, ad probandam innocentiam veneficæ accusatiæ in aqua tractat, submersi verò non potuit; Interim tamen ex iis Jus sumi debere, specialesque cā de re vendi Leges, nullo modo, nullave. unquam defendi posse ratione videtur. Jura quippe constituti oportet in his, quæ ut plurimum non retiam quæ ex opinato & forte uno aliquo accidunt casu. Leges etiam ad ea potius aptari debent, quæ frequenter, quam quæ raro eveniunt. Quæ enim semel aut bis existunt, merito prætereunt Legislatores. L. 3. 4. 5. & 6. ff. d. II. Quod verò contraria Exempla non produci possint, simpliciter negatur. Huic occurrit Gödelm. d. l. 3. cap. 5. n. 35. pag. 45. his verbis: Cū anno 1588. ex Borussia in Livoniam proficerer, invitavit me in via quidam prædives & opulentus Nobilis in suam Arcem; Hic cum veneficam sequente die propter enormia delicta, que sua magia & diabolica arte commiserat, jam ad ignem condemnasset: Quæbri, num illam quoque prius in aqua more solito concessisset, ad expatriandum utrum rea esset, eo negante, moniti, ut istud maret. Si volui enim ea ratione inquirere, num hæc exploratio per aquam frigidam verò esset, nec ne, sed ecce post quatuor annos, & ex parte iniquitatis quædam colligatis artibus suis prædictis, & ex multis alijs. & postea ad me scriptis, se cum lex veneficæ capiatur, etiam tamquam, quoniam fuisset submersus, & in fine literarum scribit: Jam domum tibi redito, signum hoc falsum, diabolicum & furiosum esse & Magistratum incautum decipere posse. Hæc illi.

Si itaque Exempla approbandi bona & credibilitas, non verò Diabolica & Tyrannica amplectenda sunt. Lotharius in Lomb. Jur. lib. 2. d. tit. 55. vid. Lindenbrogium in Codice L. antiquarum

Et hæc Exercitia gratia proposuisse sufficiat, licet non omnibus pro ingenii tenacitate satisfacere licuerit.

Interim tamen DEO TERRA OPTIMO MAXIMO pro viribus præstitis sit Laus, Honor & Gloria,  
in Sempererna Secula!

Purpureis gratisq[ue] nitet nunc floribus arvum,  
Stravi & gramineum mulcet odore solum.  
Sic variis halas gemmis, dum trudis, Amice,  
Ingenii Specimen. Gratulor inde Tibi.  
Ergo bonis faustisque avibus conscende Cathedram,  
Utque citò veniat messis opima, precor!

Christoph. Philip. Richter / D. Com.  
P. C. P. P. Fac. Jur. Ordin. & h. t. Rector.

Magnareos onerans quæ sit præsumtio, tradis,  
Es Themidos Cultor sedulus atque probus.

Eximio Dn. Nehrino,  
Dissertationis eruditæ Autori gratulor  
Optima quoq[ue] precor

Georgius Adamus Struve / D.

Indicium doctæ manifestant indolis usus  
Quæ tua tutari niteris Indicia.

Hæc Tua votivum gratantem pangere carmen  
Me Tibi composcunt svaviter indicia.

Hæc Praestantisimo atq[ue] Doctissimo Dn. Respond.  
eruditæ hujus Disputationis Autori benevo-  
lentie testandæ causâ LMG adponeb.

Ern. Frid. Schröter, D.

Dum fers, delicii quænam sint justa patrati  
Indicia, ingenii dona probare cupis.

Indicat hoc scriptum, virtutem amplectere solam,  
Detestare malum, sic bene cedet opus.

Gratul. scrib.

Johannes Christophorus Falchner.

1851. 1. Oct. J. U. D. & Prof. Publ.

Indicium quodnam falsum, quod jure probatum,  
Ordine, Nehrino, nec sine laude refers!

Est hoc indicium Te non fugitare laborem,  
Volvere sed Leges assiduo studio.

Gra-

Gratulor hos Æsus: captam perfexete telam  
Pergas; Sic merces larga laboris erit:  
Nam non qui caepit, sed justè perficit actum  
Consequitur laudem, quæ super astra locat.  
Nec sunt ingratæ Musæ, largissima pendunt:  
Nec scit sudantem deseruisse Themis.

Amicæ gratulationis causâ.

Joh. Georgius Kellner / Jur. Fac.  
& Scabinatus Actuarius.

Dum Cathedram scandis, Musis Phœbus que favente,  
Factis hisce tuis en bonus augur ero.  
Per Cathedram Tibi scala patet qua scandere tandem  
Astræ liceat culmina sacra Deæ.  
Paucula hæc ex singulari affectione Amico suo plu-  
rimum dilecto gratulabundus adjicebat.

Johann. Heinrich Hoffmann.

Malo invidiam, quam misericordiam.  
Quo tanquam Symbolo quodam, priscum illud à pri-  
scis usurpari solitum,

Feliciter.

Salve Castali Juvenis cupidissime Scottis,  
Salve Pegaso non abigende choros.  
Si mea nunc tacitâ cohiberem gaudia mente  
Quæ mihi fert alter jam Tibi partus Honos;

Immemor aut veteris meritò convincar Amici,

Aut reus invidia crimine turpis agar:

Namque fides veluti rebus spectatur in artis,

Sic est in lætis perficiendus amor.

Mens pietatis amans & recti conscientia, nunquam

Invidie metuit fulmina trififica.

Quisquis amat CHRISTUM, Satanæ Mundique furores

Non cutat; JOVÆ tegmine tutus erit.

Absit ab Aegiduni versatu fucus Alumnis:

Quæritur in doctis Candor & alma Eides.

Candi-

Candidus ex animo es, NEHRING! Sympatriota!  
Fata Tibi currant cahidiora precor;  
Scilicet ut multis possis prodesse, Tibique  
Arte tuâ dignum conciliare decess.  
Quid referam? Tuus hoc Te perspectissimus aeo  
Candor in obscuro non sinet esse loco.  
Namque recens liquidas profers in luminis auras  
Et pulcrum tantis nixibus edis opus,  
Quod studiuinque fidemque sacris probet undique Musis,  
Et Te sperato laudis honore beet..  
Nec te poeniteat tendentis ad æthera coepit  
Jure places Dotti carus itemque Viris.  
Non hæc Calliope, non hæc dictayit Apollo  
Carmina, cuñata liberiore flunt  
Dum tamen ista probas, nigros vel Zelias angues  
Rodat vel rabido me quoque dente premat.  
Non possum (fateor) tuuctis plementis, nec unquam  
Curâ mihi cunctis posse placere, fuit.  
Si juvat alterius quenquam resisse labores,  
Hic quoque quod rodas, invide Lector, habes.  
Non modò summa petit Livor, sed lædit & ima,  
Atque ubincunque potest dente nocere, nocet.

Suo Amico sincerissimo et uxoriatus dilecto Dno. NEHR-  
RINGIO scilicet sisq; officiar; reximis; acclamat

Theodoricus Meerbach Ernstroda Gothanus,

In bellô ferrum fulvo præpositur auro;  
In vitâ Musis primus habetur hones.  
Conscius en! horum, spernis, Patrueli amande,  
Aurum, Martis opus; Piëridesque colit.  
Non Te quod labor à studiis deterreat ullus,  
Laudo, placet nisus, perge brabæ ferest.  
Perge, secundabit primos fortuna labores.  
Hocceque quò fiat, pectore & ore precor

Hac Amico ac Patrueli suo dilectu suppedit voluit

Joachimus Nehringius Maynensis:

F I N I S.